(2)

# BARTOLI
## COMMENTARIA IN TRES LIBROS CODIcis

doctiſsimi viri Do. Petri Pauli Pariſij Cardinalis admodùm reuerendi non paucis additionibus nuper illuſtrata, accuratéque caſtigata.



LVGDVNI,
M. D. LII.

# BARTOLI

## COMMENTARIA IN TRES LIBROS CODI-

cis doctiſsimi viri Do. Petri Pauli Pa-
riſij Cardinalis admodùm reueren-
di non paucis additionibus
nuper illuſtrata, ac-
curatéque ca-
ſtigata.

LVGDVNI,
M. D. LII.

# Tabula Rubricarum trium lib. Codicis.


Adminiſtratione rerum publicarum. 42
Agentibus in rebus. 62
Agricolis & cenſitis. 45
Alexandriæ primatibus. 42
Annonis ciuilibus. 41
Annonis & tributis. 13
Apochis publicis & deſcriptionibus. 16
Apparitoribus magiſtrorum militum & priuilegijs eorum. 67
Apparitoribus præfecti vrbis. 67
Apparitoribus præfectorum prætorio & priuilegijs eorum. 67
Apparitoribus proconſulis & legati. 67
Aquæductu. 44
Argenti pretio quod theſauris infertur. 33
Athletis. 29
Auri publici perſecutoribus. 33
Auro coronario. 33
Bonis vacantibus de incorporatione. 9
Canone frumentario vrbis Romæ. 41
Canone largitionalium titulorum. 17
Capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum. 16
Capitatione ciuium cenſibus eximenda. 49
Caſtrenſianis & miniſterianis. 62
Caſtrẽſi peculio militũ, & præfecti annonæ. 64
Caſtrenſi peculio omnium palatinorum. 63
Claſsicis. 39
Cohorta & principum cornicu. 67
Collatione donatorum & relatorum &c. 18
Collatione æris. 19
Collatione fundorum fiſcalium, &c. 53
Collegiatis & carthopatris & numularijs. 39
Colonis Illyricanis. 50
Colonis Palæſtinis. 50
Colonis Thracenſibus. 50
Comitibus conſiſtorianis. 59
Comitibus & archiatris ſacri palatij. 59
Comitibus & tribunis ſcholarum. 59
Comitibus, qui prouincias regunt. 59
Comitibus rei militaris. 59
Commeatu. 65
Conditis in publicis horreis. 18
Conductoribus & procuratoribus &c. 53
Conſulibus & non ſpargendis &c. 58
Conueniendis fiſci debitoribus. 6
Cupreſsis ex luco. 54
Curioſis & ſtationarijs. 62
Curſu publico. 67
Debitoribus ciuitatum. 43
Decanis canſtitutio Græca. 63
Decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. 27
Decurionibus & eorum filijs. 19
Delatoribus. 11
Deſertoribus & occultatoribus. 66
Dignitatibus. 54
Diſcuſſoribus. 19
Diuerſis officijs & apparitoribus. 68
Diuerſis prædijs vrbanis & ruſticis. 53
Domeſticis & protectoribus. 59
Erogatione militaris annonæ. 64
Excoctione & translatione. 65
Exactoribus tributorum. 15
Executoribus & exactoribus. 68
Excuſationibus artificum. 32
Excuſationibus munerum. 27
Expenſis publicorum ludorum. 44
Fabricenſibus. 38
Fide inſtrumentorum & iure haſtæ fiſcalis. 7
Filiusfamilias & quemadmodum pater pro eis teneatur. 29
Fiſcalibus vſuris. 8
Frumento Alexandrino. 42
Frumento vrbis Conſtantinopolitanæ. 41
Fugitiuis colonis patrimonialibus, &c. 53
Fundis limitrophis & terris, &c. 51
Fundis patrimonialibus. 51
Grege dominico. 54
His, qui à principe vacationẽ acceperunt. 27
His, qui ex officio quod adminiſtrauerunt, conueniuntur. 44
His, qui ex publica collatione. 33
His, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniã acceperunt. 8
His, qui in exilium dati, &c. 29
His, qui non impletis ſtipendijs. 29
His, qui numero liberorum. 28
His, qui ſe deferunt. 12
His, qui ſponte munera acce. ſuſce. 27
Honoratorum vehiculis. 40
Immunitate nemini conce. 18
Imponenda lucratiua deſcriptione. 25
Incolis, & vbi quis domici. habe. 26
Indictionibus. 14
Infamibus. 29
In quibus cauſis coloni cenſi. &c. 49
Irenarchis. 33
Iure fiſci. 2
Iure Reipublicæ. 42
Legationibus. 31
Libertinis. 29
Litorum & itinerum cuſtodia. 66
Locatione prædiorum ciuilium. 53
Lucris aduocatorum & concuſsione, &c. 68
Magiſtris ſacrorum ſcriniorum. 59
Mancipijs & colonis patrimo. &c. 52
Mendicantibus validis. 41
Metallarijs & metallis. 37
Metatis & epidemeticis. 65
Metropoli Berito. 40
Militari veſte. 65
Mulieribus, & in quo loco, &c. 29
Muneribus & honoribus. 26
Muneribus patrimoniorum. 26
Municipibus & originarijs. 25
Murilegulis. 37
Naufragijs. 35
Nauibus non excuſandis. 35
Nauicularijs ſeu naucleris. 34
Nauticis Tyberinis. 41
Ne fiſcus rem quam vendidit euincat. 8
Ne operæ à collatoribus exigantur. 18
Ne quid oneribus publicis. 35
Ne quis liber inuitus. 43
Nulli licere in frænis & equeſtribus, &c. 39
Numerarijs et actuarijs et chartularijs, &c. 66
Omni agro deſerto. 50
Palatinis ſacrarum largitionum. 62
Paſcuis publicis. 51
Pœnis fiſcalibus creditores præferri. 8
Periculo eorum, qui pro magiſtra. interue. 43
Periculo nominatorum. 43
Periculo ſucceſſorum parentis. 29
Petitionibus bonorum ſublatis. 12
Ponderatoribus, & auri illatione. 33
Potioribus ad munera non vo. 31
Præbendo ſalario. 25
Prædijs decurionum. 23
Prædijs & omnibus rebus. 35
Prædijs tamiacis: & de his qui &c. 53
Ptæfectis prætorio ſiue vrbis. 58
Præpoſitis agentium. 61
Præpoſitis laborum. 59
Præpoſitis ſacri cubiculi: et de omnibus, &c. 58
Priuilegijs domus Auguſtæ &c. 53
Priuilegijs eorum qui in ſacro pala. mili. 63
Priuilegijs ſcholarium. 63
Primicerio & ſecundicerio & notarijs 58
Primipilo. 68
Principibus agentium. 61
Profeſſoribus & medicis. 28
Profeſſoribus qui in vrbe. 59
Proximis ſacrorum ſcriniorum. 59
Publicæ letitiæ vel cõſulum nũciatores, &c. 68
Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum &c. 24
Quemadmodum ciuilia munera inducuntur. 27
Quibus ad conductionem prædi. 53
Quibus muneribus excuſantur hi, &c. 29
Quibus muneribus vel præſtationibus, &c. 28
Qui ætate & profeſsione ſe excuſant. 28
Qui militare poſsunt. 63
Qui morbo. 28
Quo quiſque ordine conueniatur. 43
Reis poſtulatis. 29
Re militari. 63
Sententijs aduerſus fiſcum latis retractandis. 9
Silentiarijs & decurionibus eorum. 59
Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit. 25
Si liberalitatis imperialis ſocius. 13
Si poſt creationem quis deceſſerit. 32
Si propter inimicitias creatio facta ſit. 32
Si ſeruus aut libertus ad decurionatum aſpirauerit. 23
Solutionibus & liberationibus debitorum. 44
Spectaculis & ſcenicis & lenonibus. 44
Stratoribus. 62
Studijs liberalibus vrbis Romæ & Conſtantinopolitanæ 40
Sumptuum recuperatione. 32
Sumptus iniuncti muneris ad omnes pertinere collegas. 44
Suſceptoribus, præpoſitis & arcarijs. 32
Superexactoribus. 16
Superindicto. 14
Tabularijs, ſcribis & logographis. 32
Theſauris. 13
Tractatorijs & ſtatiuis. 67
Tyronibus. 66
Vacatione publici muneris. 27
Venatione ferarum. 45
Vendendis rebus ciuitatis. 42
Venditione rerum fiſcalium cum priua. com. 8
Veſtibus oloberis & auratis. 38
Veteranis. 66
Veteris numiſmatis poteſtate. 39
Vt dignitatum ordo. 59
Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare: & de munere ſitocomiæ. 18


Finis.



## ☞ Incipit Lectura domini Bartoli ſuper tribus libris Codicis: vnà cum additiõibus iuris vtriuſq; doctorũ clariſsimorũ domini Angeli de Peruſio, ac domini Alexandri de Imola, & apoſtillis domini Benedicti Vadi de foro ſempronij Iuris vtriuſq; profeſſoris, & nouiter cũ ſummarijs ante leges & §§. appoſitis.

OMnes gaudentes floridam ætatem faciunt: & ſpiritus triſtis deſiccat oſſa: Prouer. xvij. Cùm igitur diu fuerim graui corporis infirmitate grauatus & propter hoc à cõſueto gaudio ſpeculationis doctrinæ ceſſauerim: cognoui ꝙ in me vires corporis non poterãt reſtaurari, niſi aliqualiter efficeretur animus meus gaudens. Hoc autem conſideraui facile eſſe poſſe, ſi auditoribus meis, quibus propter infirmitatem ſeruire non valui, aliquid vtilitatis afferre poſſem: legendo id, quod eis eſſet acceptum: mihiq; & eis nouum, & per conſequens delectabile, Ideo tres libros Codicis legere deſtinaui, vbi multa ſunt incognita, & per antiquos doctores neglecta, ſecundùm vſum tamen frequentia. Hanc igitur lecturam quilibet videns, ſi in aliquo non bene dictũ reperiet, humiliter corrigat; in his quæ benedicta ſunt, mecum Deo gratias agat.

## In nomine domini Ieſu Chriſti

a eiuſq; matris Mariæ virginis glorioſæ, [a] necnon beatorũ An-
☞ tonij, & Nicolai & Hieronimi totiuſq; cœleſtis curiæ. Amen.
Quia vbi Chriſtus non eſt fundamentũ, ibi nullius boni ope
b ris ſupereſt ædificium [b]. j. q. j. cum Paulus dicat. vt ibidẽ patet.
& j. ad Cor. iij. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præ
ter id quod poſitũ eſt: quod eſt Chriſtus. Ideo in principio triũ
librorum & lecturæ, eius auxilium inuoco, ſub cuius ditione
omnia ſunt poſita, quę ſub aſcendente & deſcendẽte ſole ſunt
cõſtituta: vt in aut. vt omnes obe. iud. prouin. col. v. circa prin.
ver. hæc conſiderantes. hoc præmiſſo venio ad Rub. Barto.

*De iure fiſci.* *Rubrica.*

1 ☞ *Reſpublica propter diſſentiones, & crimina minuitur: burſa cõis augetur.*
*Burſa communis & fiſcus idem ſunt.*
2 *Ius publicum dicitur quod omnibus patet, & quod ad publicam burſam pertinet.*
3 *Reſpublica & fiſcus an ſint idem. & nu. 7. 9. & 10.*
4 *Sola ciuitas Romana habet fiſcum, & non alia: & an in dubio intelligitur de Romana. & numero 6.*
*Reſpublica accipitur quatuor modis.*
8 *Libellus agentis nomine uniuerſalis Reip. quòd præcedit ſicut ſi ageret nomine fiſci.*
11 *Ciuitas non habet fiſcum. Et quid ſit fiſcus.*
*Municipia non habent fiſcum, nec epiſcopatus.*
12 *Ciuitas quæ non habet fiſcum, non habet tacitam hypothecam.*
13 *Fiſcus quid ſit in ſpecie: ubi ꝙ quicquid ad commodum pecuniariũ imperij pertinet.*
14 *Reipublicæ nomine continentur omnia quæ ad iuriſdictiones, et honores imperij pertinent.*
15 *Reſpublica habet duo patrimonia.*
16 *Procurator fiſci, & procurator cameræ idem eſt.*
17 *Camera fiſci, & imperatoris quando ſint idem.*
*Procurator cæſaris & procurator fiſci, non ſunt idem.*
18 *Fiſcus ſemper eſt diues, & ſoluendo, & quaſi fixus dicitur.*
19 *Hic titulus à titulo de priuilegio fiſci in quo differat.*
*Titulus de iure dotium ꝙ differat à titulo de priuilegio dotis.*

Gloſſ. rubricam ad præcedentia duobus modis continuat.
Primò quia occaſione criminũ, de quibus dictum eſt ſ. præce-
denti libro augetur fiſcus: ideo poſuit hic rubricã de iure fiſci.
Sed contra hanc continuationem oppo. primò: nam propter
delictum minuitur fiſcus. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff.
1 de cap. & poſtli. reuer. † So. Reſpublica in vniuerſo ꝓpter diſ-
ſenſiones & crimina diminuitur: burſa aũt cõis, quæ eſt idẽ qđ
fiſcus augetur, vt j. dicã. Secundò continuatur ſic: Dictũ eſt ſ.
de iure publico circa crimina: nunc de iure publico circa bo-
na fiſco quærenda; ſed eſt differẽtia vt in
2 glo. vult dicere; † quia in præcedenti li-
bro ius publicum aſſumitur, ſcilicet quod
communiter omnibus patet: quia omnes
poſſunt de publico crimine accuſare: ſed
hic accipitur publicum quod ad publicã
burſam pertinet. Azo in ſumma iſtius ti
tuli continuat alio modo: Dictum eſt ſu-
pra in præcedentibus de iure priuatorũ:
nunc videndũ eſt de iure fiſci. Circa ru-
bricam iſtam quædam ſunt quęrenda.
3 † Primò quæro quid ſit fiſcus. Pro cuius
declaratione primò vidẽdum eſt an Reſ-
publica & fiſcus ſint idem. Et videtur ꝙ a
ſic. Primò, qa fiſcus ſuccedit loco Reipu-
blicæ Romanorum, vt hic dicit glo. & ſic
videtur idem fiſcus & Reſpublica. & vi-
de hic gl. quæ incipit, occaſione. Pro hoc
videtur tex. in l. inter publica. §. j. ff. de ver
bo. ſig. glo. expreſsius. ff. de bo. poſ. l. non
eſt ambigendũ. in princ. Præterea procu
rator fiſci, & procurator Reipublicæ vi-
dentur idẽ. l. ij. C. ꝗ mo. mul. facit ff. de of-
fi. aſſeſ. l. fin. vbi de hoc. In contrariũ, ꝙ
c Reſpublica & fiſcus non ſunt idem [c], vi-
d detur tex. ff. ꝗ po. in pig. ha. l. ſi pignꝰ. [d] de b
ædil. edi. l. j. §. illud de bo. poſ. l. nõ eſt am
bigendum. de manu. l. iiij. §. nihil. & ff. de
iur. fiſ. l. non intelligitur. §. ſi in locis. ff. de
legatio. l. ſciedum. in prin. Inſtit. de re. di-
ui. §. theſauros. circa fi. Bar.
4 Additio. Adde † Bal. in l. cõſtitit. c
de pœ. iud. & ibi duo ver
ba per Bart. & dicit Bald. in l. properan-
dum. in ij. col. ſ. de iudi. ꝙ ſola ciuitas Ro
mana habet fiſcum, & nõ alia, per illum
tex. & vide Bald. in proœmio Digeſtorũ.
5 Alex. † Solu. dicendũ eſt ꝙ Reſpubli
ca debet accipi quatuor modis. Primo, ꝓ d
toto vniuerſali Imperio. Secũdo, pro Re-
publica Romanorum. Tertio, pro Repu
blica cuiuslibet ciuitatis. Quarto, pro Re e
publica cuiuslibet municipij: vt no. ĩ aut.
de hære. & fal. in prin. colla. j. Barto.
6 Additio. † Reſpublica quõ acci-
e piatur [e] in dubio: an in-
telligatur de Romana, vid quod no. Bal.
in l. ij. C. commu. de vſuca. Et an ciuitas dicatur Reſpublica,
vide Bal. in l. ij. in fi. ſ. de ſen. quæ ſi cer. quan. profe. per Bal. in
☞ proœmio Digeſtorum. circa prin. Alex. ☞ Fiſcus & Reſpu-
blica an idem ſint, adde Bald. in rubrica. C. de hære. vẽd. & in
c. j. de feu. Marchię, vbi dicit ꝙ Reſpublica eſt ꝓut vita in cor
pore humano; fiſicus eſt prout ſtomachꝰ in homine: qa eſt ſac
cus ipſiꝰ Reipublicæ. Et in quo differãt, vide Bal. in l. j. in fi. de
pœna iudi. qui malè iudi. & in l. j. de hære. vel act. vẽ. Ciuitas à
fiſco in quo differat. Bar. l. itẽ veniũt. §. ait ſenatus. de peti. hæ-
re. in primo notabili, &c. & Cy. in l. mãcipia. de ſeruis fugi. vbi
dixit per illũ tex. ꝙ fiſcus & Reſpublica idẽ ſunt. & idẽ Bar. in
d. l. j. de pœna iudi. ꝙ limita vt ibi ꝑ eos. & Fulgoſius in l. mã-
cipia. & vide Bar. in l. licitatio. §. fiſcus. de publicanis. vbi fiſcꝰ
nõ tenet ſoluere vectigal. Reſpublica ſic. & ꝑ Cy. in proœmio
Digeſtorũ, in prin. vbi dicit ꝙ nõ ſunt idẽ numero, ſed ꝙ ha-
bẽt idẽ priuilegiũ. ita ſequit ibi Ang. Alex. de Imol. Primò
ergo mõ ſi accipimꝰ Rẽpubl. ꝓ toto vniuerſali imperio: & tũc
verũ eſt ꝙ fiſcꝰ & Reſpublica ſunt: idẽ ſicut ſpecies eſt idẽ cũ
ſuo genere, per l. ſi qd earũ. §. interemptũ. ff. de leg. iij. nã poſi-
to fiſco, ponit & Reſp. nõ econtra: ſicut poſito homine ponit
animal, nõ ecõtra. Ita debet intelligi hæc gl. & gl. in d. l. nõ eſt
7 ambigẽdũ. & l. inter publica. §. j. cũ ſimi. & per hoc patet † ꝙ
ꝓcedit libellus ſi qs ageret noĩe vniuerſali Reipublicę, ſicut ſi
ageret noĩe fiſci. l. ij. in prin. ff. eo. vbi dicit agi noĩe Reipubli-
cæ. & l. fiſcus. la ij. in pri. in glo. j. eo. ti. & l. ſi ſeruus pluriũ. §. ij.

☞ Habes Lector cãdide, Chriſto authore, Adnotatiões aliquot veteres ꝗ hactenꝰ in his codicibus inſertę non fuere dño Alexã. Imo. aſcriptas quas tñ aut earũ aliquot ipſius fuiſſe minimè puto. Cuiuſuis fuerint, doctę ſunt hæ, & mirũ in modum ꝓfuturæ. has igitur begninè ſuſcipies. nihil eñ omiſimꝰ quo tuæ vtilitati conſulat. Alex. Loſcœus Auili.

a ❡ Glorioſę. Quã ego Bñdictꝰ philippi dñi Matthæi de Vadis de Foro ſempronij hic gloſſando & apoſtillando denuò vt aduocatã & protectricem ac ſpem ineffabilem meã corde optimo inuoco: vt mihi adſit. & ſemper fouẽdo me à pctĩs malis & periculis, ac neceſsitatibꝰ quibuſcunq; corporis & aĩæ liberet atq; defendat. Amen.

b ❡ Aedificium. Et adde ꝙ in omni opere principiũ, melius medium, & optimũ finẽ vt in aut. qũo opor. epiſ. in prin. & Bart. in j. conſti. Digeſtorum in prin.

c ❡ Non ſunt idem. Adde Bal. ĩ l. cõſtitit. ſ. de pœ. iud. ꝗ ma. iud. eũdem l. ꝓperandũ ſ. de iud. per illum text. & Bal. in l. ſi pignus. ff. qui po. in pign. ha. & Iaco. rebuf. hic nu. ij. & ibi dixi ĩ ver. pub.

d ❡ L. ſi pignus. & ibi ad hoc vide omnino Bal. ĩ l. ſi hypothecas C. de remiſ. pig.

e ❡ Reſpublica quomodo accipiatur dic vt ꝑ iſtum: not. iſte in l. cum rẽ. ſ. qui po. in pi. ha. Spec. in ti. de reſti. in integ. §. ij. char. iij. ver. id quoq; iur. el ij.

a ¶ L.j. Vide quæ ibi
dixi in apoſtil.
b ¶ Soluendo. Adde
Bald.in l.j. in fi. C. de
hæredi. vel act. vẽdi.
c ¶ Retractatur. Vide
ad hoc Dy. de reg.iu.
in vj.c.factũ. et quali
ter intelligatur legi-
timè factũ,vide Inn.
in c.fi.de li.ob.et Bal.
in l.fi.§.cũ igiť.v. col.
C.de iure delib.
d ¶ Eſt ſingulare in fi-
ſco.Adde q̃ ſit rõ ſin-
gularitatis, ꝑ iſtũ in
l.nõ puto.ff.eo. & A-
lexã.in l.& quę.§.q̃d
dicitur.ff.de pig.

8 in gl.ſup verb.vt ei.de leg.j.† Si verò acci
pimus Rẽpubli.ſecũdo mõ, ſ. pro Repu=
blica Romanorũ:& tũc hoc põt cõſidera
ri inquãtũ Reſpubl.Romanorũ.ꝓut erat
ab initio qñ regimẽ vniuerſale erat apud
9 illã Rẽpubli.tũc idẽ q̃d s̃. proxi. dixi.† Si
verò intelligimus pro Repu. Romanorũ
hoc eſt pro iuribus cõpetẽtibus illi ciuita
ti Romanæ,prout eſt diſtincta ab Impe=
rio Romano vniuerſali,vt in iuriſdictiõe
quã habebat intra cẽteſimũ lapidẽ: vt l.j.
§.cũ vrbẽ.ff.de offi.præf.vrb.& in alijs iu
ribus quæ intra territoriũ ſuũ habet:tunc
Reſpu.Romanorũ & fiſcus non ſunt idẽ,
10 vt d.l.ſciendũ.ff.de leg.† Si verò accipi=
mus tertio & quarto mõ, ſed pro republica alterius ciuitatis,
vel municipij:ſine dubio nõ eſt idẽ cũ fiſco,vt apparet ex l. j.j̃.
de bo.vacã.& ex alia rubrica quã nos habemus j̃.de iur. Rei=
pu.quæ differt ab iſta.Differt ergo fiſcus à Republica vniuer
ſali,vt ſpecies à ſuo genere,vt s̃.dixi.Bar.

11 **Additio.** † Ciuitas non habet fiſcũ.vide Bar.in d.l.j.[a] j̃.
a de bo.vacan.Bal.in rub. C.de priui.fiſc. dicit
ꝙ fiſcus eſt ſaccus Cæſaris,vel regis,vel Reipublicæ.& ꝙ mu
nicipia nõ habẽt fiſcũ:nec epiſcopatus eccleſiæ habet fiſcũ. &
ibi ponit quæ ſint Cæſaris de perſe,& q̃ fiſci.& Bar. in l.itẽ ve
12 niũt.§ ait ſenatus.ff.de peti.hæred.† & ideo ciuitas nõ habet
tacitã hypothecã,ſicut fiſcus,ſecũdũ gl.& Bar.in l.ij. C. in qui.
13 cau.pi.taci.cõtraha.& in l.ſimile.ff.ad municip.Alex. † Vidẽ
dũ eſt ergo q̃d ſit fiſcus in ſpecie.dicit gl.q̃d fiſcus eſt imperia=
lis,vel camera Imperij.Hoc,ſ.multipliciter põt intelligi. vel ꝓ
loco ipſo vbi eſt domus,q̃ vocať camera fiſci.ſimili modo ap=
pellať locus,in quo reddiť ius.de iuſtit.& iur.l.pe. vel propriè
loquẽdo appellať imperialis camera,quicquid ad cõmodũ pe
cuniariũ Imperij pertinet.probať in l.ſed & Celſus.in prin. ff.
de cõtrahẽ.empt.ſicut mẽſa diciť ipſa negotiatio magis, q̃ lo=
cus,vbi mẽſa teneť:vt l.cũ pater.§.mẽſe.ff.de leg.ij.& l.fi.de in
14 ſtito.† Alia verò , quæ ad iuriſdictiones,& honores Imperij
pertinent,& nõ ad cõmodũ pecuniariũ,etiã in vniuerſali con
tinenť nomine Reipublicæ,& non fiſci:vt d.l.Celſus.in prin.
& l.ij.§.hoc interdictum.ff.ne quid in loco publico.Bar.

15 **Additio.** † Bal.in l.j.in iiij.q.de hære.vel act. vendi. di=
cit ꝙ Reſpublica habet duo patrimonia: vnũ
16 vocať fiſcale:& alterũ reipublicæ.Alex.† Ex prædictis proba
tur ꝙ idẽ eſt dicere,procurator fiſci,& procurator cameræ. &
17 ita vtitur curia Romana.Quæro † nũquid camera fiſci & Im=
peratoris ſint idẽ.Gl.dicit ꝙ nõ:licet eadẽ priuilegia habeant.
Contra hoc videť caſus in d.l.ij.§.hoc interdictũ.ibi:res em̃.ff.
ne q̃d in loco publico.& in l.bene à Zenone.C.de quadriẽnij
præſcrip.Rñ.aut accipimus camerã Imperatoris,prout eſt Im
perator:& ita loquunť cõtraria.Aut prout eſt priuatus: & tũc
differt camera Imperij,à camera ſua.Et ita loquiť hæc gloſ. &
ideo diciť alius procurator Cæſaris, & alius procurator fiſci:
18 vt in hac gl.† Quęro vñ fiſcus diciť.Glo.dicit ꝙ diciť quaſi fi=
b xus,id eſt firmus:q̃a ſemꝑ eſt diues,& ſoluẽdo[b].Vel dic ꝙ idẽ
eſt q̃d ſaccus.q̃d declara vt in gl.in l.in prouincijs.ſuꝑ verbo,
19 fiſcalis.j̃.de nume.& actua.lib.xij.† Quęro,q̃d differt hic titu
lus à ti.de priui.fiſci.Dicit gl.ꝙ hic tractať de iure cõi & ſpecia
li fiſci:ibi de cõi tm̃.& in Summa Azo. diciť idẽ, ſ. de ſpeciali
tantũ.Ita habẽt quidã hic in gl.quælibet lectura poſſet ſuſtine
ri rectè intelligẽdo:tñ ex dictis gl.non põt haberi intellectus.
Sciendũ eſt ergo ꝙ fiſcus habet quædam iura ſingularia,adeò
ꝙ alij habere nõ poſſunt:vt cũ tractamus de procuratore fiſci,
hoc eſt ſingulare in fiſco:q̃a nullus alius habet ꝓcuratorẽ fiſci
niſi fiſcus:cũ tractamus de cauſis trãſferẽdis in fiſcũ:vt ff.e. l.j.
& quaſi ꝑ totũ iſtũ librũ.Qñque habet quædã iura ſingularia,
ex ſingulari & ſpeciali cõceſsione Principis cõcedẽtis hoc fi=
ſco,& nõ alij:vt l.j.j̃.eo.tit.& in multis alijs legibus:vt l. j.j̃. de
vend.re.fiſca.cũ pri.cõmu.& de iſtis loquiť hæc rub.& ſequen
tes tres tituli.Quædã ſunt iura,quæ cõpetunt fiſco & alijs : tñ
fiſcus habet priuilegiũ vt alijs præferať:vt in actione ꝑſonali,
& hypothecaria,& ſimi.& de hoc loquitur ti.de priui.fiſci.Si=
milis differentia eſt inter ti.de iure do.& ti.de priui. dot. Hoc
ergo vult dicere glo.ꝙ hic loquitur de iure cõi & ſpeciali, hoc
eſt,de iure cõi,quod cõpetit fiſco,quod alteri non cõpetit,nec
põt cõgruere:& de ſpeciali,q̃d cõpetit fiſco tantũ,q̃d poſſet al
teri cõgruere:tñ nõ placuit Imperatori concedere. & quod ſe=
quitur ibi,de iure cõi tantũ:ſubaudi , in quo fiſcus eſt priuile=
giatus,vt s̃.dixi.ſi habes ibi,de ſpeciali tantũ expone,id eſt,de
priuilegio quod fiſcus habet in iuribus cõpetẽtibus ſibi & al=
teri.Quæro,in quo differt hic ti.à ſequẽtibus,cũ in hoc tractať
de iure cõmuni fiſci.Rñd.hic tit.eſt generalis:ſequẽs verò tit.
ſpecialis:vt in gl.habes.& bene.& ita declara hanc gloſſam.

1 ☞ *Factum legitimè,ex ſuperuenienti cauſa non reuocatur.*
2 *Fiſcus habet bona debitoris tacitè obligata ex contractu uel quaſi:ſed an ex delicto, remiſſiuè.*
3 *Dominus alicuius rei ꝙ quis præſumatur durare.& nu.5.*
4 *Priuato agenti hypothecaria contra donatarium incumbit probatio rem prius ſibi hypothecatam quàm donatam:fiſco non.*
6 *Ratio dubitandi in iſta lege quæ fuerit.*
7 *Bona ſi uno die reperiuntur donata priuato,& fiſco hypothecata,ꝙ prius præſumãtur hypothecata,& poſtea donata,& nu.4.*
8 *Inſtrumenta duo ſi reperiuntur eodem die confecta:unum pro fiſco , aliud pro priuato,præſumitur præceßiſſe inſtrumentum priuati.*
9 *Donatio dicitur perfecta ad hoc,ne poßit obligari res donata quando fuit tradita.*
10 *Creditores futuri quando reuocare poſſunt alienata.*
11 *Fraus in debitore alienante in fraudem creditorum,ex quibus arguatur.*
12 *Probatio prioritatis tẽporis poteſt fieri teſtibus publicatis,ſi in primis articulis tempus non fuit deductum.*
13 *Actio pœnalis non datur contra hæredem.*

## LEX I.

**SI priuſquam.** Hæc eſt notabilis lex , & bo=
na,& malè cõmuniter intelle
cta.breuiter hoc intendit:In dubio donatarius à fi=
ſco cõuẽtus hypothecaria debet probare donationẽ
præceſsiſſe,vt abſolutio ſequať.hoc dicit ſcd̃m primã lec. Bar.

**Additio.** Vide Ang.in l.matrem.s̃.de proba.allegantẽ
1 iſtũ tex.Alex.† No.ꝙ legitimè factũ ex ſup=
c uenieñti cauſa nõ retractať.[c] † Ad euidentiã præmitte ꝙ fiſcus
2 habet bona debitoris tacitè obligata ex contractu , vel quaſi,
vt in gl.Sed an ex delicto debitoris bona habeat obligata ta=
citè,dicetur j̃.in l.vnica,in pœnis fiſ.credi.præferri.Itẽ ſcias ꝙ
hic filij donatarij quærebãt à principe ſua ſpõte,hoc eſt, ex eo
ꝙ habeatur ad eos regreſſus per actionẽ de euictiõe,quã pater
promiſerat.Hoc præmiſſo pone caſum in nube , vt in litera ia
cet,vt infrà declarabo.Et dic ꝙ pater meus donauerat quædã
prædia Titio:deinde cõtraxit cum fiſco:fiſcus agit contra Ti=
tium hypothecaria pro his prædijs:certè ſi Titius probat ſibi
fuiſſe donata anteq̃ cõtraheret cũ fiſco,fiſcus nõ põt agere hy
pothecaria:nec tanq̃ ſit factũ in fraudẽ creditorũ.Sed contra,
ꝙ imò qui agit hypothecaria,probare debet rẽ fuiſſe in bonis
debitoris.l.& quæ nondũ ſunt.§.q̃d dicitur.ff.de pig.Sol.Qui
dam dicũt hic ſpeciale in fiſco.hoc eſt falſum:quia nec ius, nec
æquitas hoc dictat quod actore nõ probãte reo incũbat onus
probãdi.l.qui accuſare.s̃.de eden.vnde gl.alio modo ſoluit ꝙ
hic probat eo ipſo ꝙ cõtrariũ non probať,hoc eſt violare lite=
3 ram.† Tertia ſolu.eſt ꝙ hic vtraq; pars fatebatur fuiſſe patris
qui donauit.vnde p̃ſumitur duraſſe quoad cũ fiſco contraxit:
vt l.id quod noſtrum.ff.de reg.iu.& l.ſiue poſsidetis.s̃. de pro
ba.& hanc tenet glo.quæ eſt vera rectè intelligendo. Tamen
pro declaratiõe iſtorum quæritur vtrum hæc lectu. contineat
ius cõmune,vel ſingulare in fiſco.gl.ſuper rub.dicit ꝙ cõtinet
ius commune.Præterea de iure cõmuni eſt ꝙ id , quod ſemel
fuit noſtrũ,præſumatur noſtrum durare,niſi probetur cõtra=
riũ,vt dictũ eſt.Prçterea tex.videtur hic dicere idem in omni=
bus creditoribus dũ dicit ꝙ circa fraudẽ creditoris,&c. In cõ=
4 trariũ eſt veritas.† Pro cuius euidẽtia debes dicere ꝙ ſi priua
tus agit hypothecaria contra donatariũ,ſibi incũbit onus pro
bandi rẽ ſibi prius obligatã q̃ donatam.l.de rebus.s̃.de dona.
d ante nup.quę eſt ſingularis ad illud.ſed eſt ſingulare in fiſco[d]
ꝙ donatario incumbat onus probandi rem prius donatã quã
obligatã.hic eſt caſus.Pone ergo in terminis caſum: Donata=
rius fuit cõuentus actione hypothecaria à fiſco : fiſcus probat
contractum fuiſſe de menſe Maij:donatarius probat donatio
nem fuiſſe factam eodem menſe Maij:vnde non conſtabat de
prioritate,



prioritate,& poſterioritate tẽporis:quis debet obtinere? Rñ.
ꝙ onus probandi incumbit donatario:& ſi hoc probat , non
reſcinditur per hypothecariã , vel tanq̃ alienata in fraudem.
Secus ſi priuatus ageret vt d.l.de rebus.quod eſt notandum.et
ſecundũ hãc lectu.hæc lex continet ius ſingulare. † Non ob=
5 ſtat gl.rubricę:q̃a nõ dicit verũ.Itẽ nõ obſtat ꝙ de iure cõi prę
ſumitur duraſſe dñs,niſi probetur cõtrariũ:q̃a hic vtraq; pars
fatebatur ipſum dñm fuiſſe,& ipſum eundem alienaſſe:ſed de
prioritate tẽporis,& poſterioritate dubitatur , quod hac lege
determinatur.Non obſtat tex.qui videtur dicere idem in alijs
creditoribus:q̃a pone caſum vt in glo.diciť,& nihil facit,quaſi
dicat,fiſcus nõ põt illam reuocare per hypothecariã,vel tanq̃
alienatã in fraudẽ creditorũ,ſi hoc fuerit probatũ non dicit de
alijs creditoribus agentibus. † Ex hoc apparet quæ fuit ratio
6 dubitandi in lege iſta,vtrũ fiſco incũbit onus probãdi de prio
ritate tẽporis,ſicut priuato.& hæc lex remouet. & eſt melior
ratio,q̃ illa,quæ ponitur in glo.noſtra.nemo enim dubitat ꝙ
obligatio bonorũ nõ trahať ad præterita bona : quia clarũ eſt
ꝙ quis nõ põt alienare aliena bona,vt iura vulgata dicũt.Bar.

7 **Additio.** † No.ꝙ ſi eadem die bona fuerunt donata,&
hypothecata fiſco,præſumuntur hypotheca=
ta fiſco,& poſtea donata.Idem notat Bal.in l. ſi debitor. C. de
priuil.fiſ.Idẽ in dote,ſecundũ Bal.in l.ad exactionẽ. C. de do.
promiſ.per Bart.in l.& quæ nondum.§.j.ff.de pigno. vide ta=
men ſingulariter Bal.in d.l.de rebus.vbi præterq̃ in iſto caſu
videtur ꝙ fiſcus non habeat hoc priuilegiũ:ſecundũ quod pul
8 chrè no.per Bar.in l.ſi is qui.in fi.de iur.fiſ.† Sed cõtra iſta hic
dicta per Bar.idem Bar.videtur expreſsè contrarium voluiſ=
ſe in l.non puto.ff.de iure fiſ.per illũ tex.dicit enim ibi ꝙ ſi re=
periantur duo inſtrumenta eadẽ die , præſumitur præceſsiſſe
☞ inſtrumentũ priuati,& non fiſci.cogita.Alex.☞ Hypotheca
ria agens tenetur probare rem fuiſſe in bonis debitoris. Spec.
in ti.de pignori.§.j.ver.ſed an agens.Cy.in l.ſi te nõ remitten
te.in fi.de precario.& Spe.in ti.de obliga.§.j.verſi.quid debet
creditor.& ver.ſed qñ.& ibi dicit,an ſufficiat probare tũc de=
bitorẽ tenuiſſe,vbi diſtinguit ſi agatur cõtra extraneũ,ꝙ non
ſi cõtra debitorẽ vel habẽtem cauſam ab eo debitore , ſic.vide
Bar.in l.de rebus. C.de dona.ante nup.poſt Cy.ibi & de mate
ria vide Cy.Bart.& Sal.in l.cũ res.ſi alie.res pig.da.ſit.& Flo.
in l.ante omnia.de proba.& Bar.et Sal.in l.rẽ alienã.ff.de pig.
act.de quo do.Ang.Areti.in §.Itẽ Seruiana.in iij.charta.Inſti
tu.de actio.In ver.ij.pro euidentia adde Ang.in l.matrẽ. C. de
proba.in fi.& Are.in §.itẽ Seruiana.in quinta charta.& Lud.
Roma.in ſuis ſingularibus,in litera I.nu. lix. Et intellige hæc
dicta ſiue agatur vel conueniatur fiſcus,ſecundũ Iac.de Aret.
& Cy.in d.l.de rebus.per illũ tex.& eſt ratio:qui aſſerit ſe cre=
ditorẽ nullũ ius in re deducit,ſed ſolum fundat ſe in prioritate
tẽporis:ideo debet probare,vt dixit Bar.in l.non ſolũ.§.ſed vt
probari.ff.de ope.no.nun.& in l.matrẽ.præal.& ibi Bart.Bal.
& Sali.& Bar.in l.ſi is qui.ff.de iure fiſci.& Areti.in §.itẽ Ser=
uiana.In verſi.no.ex hoc.Bar.in l.ait prætor.§.ita demũ. ff.de
9 his quæ in frau.cred.Alex.Quæro,dicitur hic † ꝙ debet pro=
bari donatio perfecta,qualiter intelligatur perfecta? Rñ.ſim=
plici conuentione dicitur donatio perfecta,hoc eſt irreuoca=
bilis.Inſtit.de dona.§.aliæ.& l.ſi quis argentũ.s̃.de dona. Sed
quantum ad præſentem materiã intelligitur perfecta , ſcilicet
traditione.Ante enim q̃ res tradatur,donans remanet dñs:&
ſic poteſt eã obligare.argu.l.quod ſæpe.§.ſi res.de contrahen.
emp.dicit gl.de hoc eſt tex.in l.fi.§.Lucius.ff.de dona. facit s̃.
de rei vendi.l.quoties.quod eſt notandũ.& altero die de facto
habui.Venio ad ſecundam lecturam. In dubio donatarius re
uocatoria conuentus à fiſco,debet probare donationem præ=
ceſsiſſe,vt abſolutio ſubſequatur.h.d.hæc differt à prima:quia
hic agitur Pauliana : in præcedenti agitur hypothecaria. Et
no.ex iſta lectura ꝙ creditoribus futuris non competit ius re
uocandi alienata in præteritum tanq̃ in fraudem creditorũ.
& in hoc eſt ius commune inter priuatum & fiſcum : ſed ſi de
prioritate & poſterioritate dubitatur ne fraudetur fiſcus: eius
fauore donatario incumbit onus probationis.caſus eſt hic.

**Additio.** An futuris creditoribus cõpetat reuocatoria
rei alienatæ tanq̃ alienata in fraudẽ credito=
ris,vide Bald.in rubri.quæ in frau.cred.in ij.col.ibi,quæritur
10 cum cõceſsiſſem.Alex. Opp.† ꝙ creditores futuri poſsint
reuocare,vt no.C.de dona.añ nup. auť.ſed iam neceſſe.& ff. q
& à qui.l.ſed ſi,maritus.in fin.Dic ergo breuiter qñq; in præ=
teritũ fuit facta alienatio ficta & imaginaria: & tunc perinde
eſt,ac ſi nõ eſſet alienata:& ideo tunc futuri creditores pote=
runt reuocare.ff.de cõtrahen.empti.l.nuda.& de aqua plu. ar
cen.l.emptor.& l.imaginaria.de reg.iur.Quandoq; alienatio
eſt facta verè:& tunc aut creditores futuri ſunt hi,quorum pe
cunia priores liberati ſunt:& tunc poterũt reuocare.l.ait prę=
tor.§.ita demum.& l.niſi priores.ff.quæ in frau.cred.Aut nõ
& tunc ſi quidem tẽpore alienationis nullo modo cogitaue=
rat de futuris creditoribus:& tũc non cõpetit eis reuocatoria:
quia nõ poteſt dici in eorum fraudem alienata.& ita loquitur
hic.ſed ſi iam de futuris creditoribus cogitauerat : eis poteſt
competere reuocatoria vtilis:vt dicta l.ſi maritus.in fin.ff.qui
11 & à qui.& dicta auť.ſed iam neceſſe.& iſta † fraus præſumitur
eoipſo quòd ſcit ſe creditorem habere, vel habiturum eſſe , &
bona eius non ſufficere:vt l.ſi quis. ff.quæ in frau.credi. Bar=
☞ to.☞ An confeſsio dotis facta conſtante matrimonio præiu
dicet creditori vel dicatur facta in fraudem creditorũ tam prę
ſentium q̃ præteritorum & futurorum,de quo per Bar.in l.ſi
conſtante.in principio, in verſicu.quæro quid ſi vir.ff.ſol.ma.
& in l.fi.C.qui pot.in pig. habean. poſt gl.ibi & gl.in l.j. d̃ do.
cau.per Barto.Imol.& Rapha.in l.j.ff.de ſo.matrimo.& Bar.
concludere videtur ꝙ ſit facta in fraudẽ.cum qua opi. tranſit
Bal.& Imo.& Cu.in d.l.ſi conſtante.Sed vtrũ iſtud habeat lo
cum in præteris & futuris eſt dubium:dẽ quo vide glo.Bar.&
Bal.in auť.ſed iam neceſſe.C.de don.ante nup.& ibi Cy.& Sa
lice.& magis cõis eſt opi.ꝙ non habeat locum in futuris,con=
tra gl.in d.auť. ſed iam neceſſe.niſi eſſent aliqua indicia quòd
voluiſſet fraudere creditores,etiã futuros:quæ fraus quomo=
do præſumatur,vide Bal. in conſil.incipiente,pũctus talis eſt
maritus,&c.in fi.& Bar.in d.l.ait prætor.§.ita demũ.& Bald.
in rubrica eo.tit.in ver.quomodo cũ conceſsiſſem. de quibus
vide Areti. in §.fuerat. Inſti.de act. in ver.quid autẽ ſi dos eſt
tantummodo confeſſata.& per eundem in l.ij. §. creditum.ff.
ſi cert.peta.Alexan.

**Additio.** Sed an fiſcus habeat neceſſe vti reuocatoria
in fraudẽ creditorũ, ſicut priuatus , vide Bal.
in l.fi.C.de reuo.his quæ in frau.cred. Alexan. Opp.ff.eod.
l.nõ puto.vbi in dubio ſuccũbit fiſcus, ſi de prioritate vel po=
ſteritate non cõſtat,ſecundũ quòd Dyn.ponit ibi caſum.Sol.
intelligo legẽ iſtã ſtrictè.ſ.donatario cõuẽto:aliter ſtaretur
12 illi gñalitati illius l.non puto. † Quæro,ſi in hypothecaria
vel Pauliana probaui mihi rẽ donatam eſſe,vtrũ poſt publica
tionem teſtiũ potero probare donationẽ præceſsiſſe? Rñdeo
ſic, niſi in priorib⁹ articulis fuiſſet articulatũ de tꝑe.arg.extrà
de teſti.c.ex tenore.& dixi s̃.de proba.auť.qui ſemel. Venio
ad tertiam lec.ad cuius euidentiã præmitte ꝙ ex tit.de his quę
in frau.cre.oritur quædam actio in factũ contra alienãtẽ,quæ
ad hoc vtilis,& per ceſsionẽ bonorũ alienans in fraudẽ nõ ef=
fugiat pœnã carceris.l.j.in fin.ff.quæ in frau.cre. & ſecũdum
13 hanc lectu.breuiter.h.d.Actio,† quę datur cõtra alienantem
in fraudem,non intentatur contra hæredem,ſi probat aliena=
tionẽ præceſsiſſe debitũ h.d. Iſta lect.non placet q̃a illa actio
cũ ſit pœnalis,vt ex maleficio non datur contra hęredem.l.in
honorarijs.ff.de actio.& obl.poſito tamẽ ꝙ hęc lec. ꝓcederet
examina eam per teipſum, vt in gloſſ. quia clara eſt. Bartol.

1 ☞ *Suſceptores dicuntur hodie theſaurarij.*
2 *Tabulariorum officium,qui cum ſuſceptoribus mittebantur,erat ſæpe ſuſceptoribus dicere debitores fiſci non computare principaliter.*
3 *Ratiocinatores ſi computãt rationes,quando eorũ computatio habeat uim ſententiæ, & ex ea oriatur exceptio rei iudicatæ.*
4 *Computatio ſimplex erronea non nocet.*
*Computatio erronea non habet uim ſententiæ erronæ.*
5 *Lex iſta an habeat locum in computatione iuridica,& uerè facta.*
6 *Computatio facta ab eo ad cuius officium ſpectabat quos effectus producat.*
7 *Computatio erronea uſq; ad triginta annos retractatur,poſt habet uim ſententiæ.*
8 *Citatio an requiratur in ſententia quæ fertur ſuper computatione facta ab officiali.*
9 *Hæc lex quòd habeat locum in officialibus aliarum ciuitatum.*
10 *Ciuitas habet officiales triplicis generis.*

11 *Calculatio facta inter priuatos, quam fidem faciat.*
12 *Calculator electus à iudice inter priuatos, non dicitur delegatus.*
13 *Sententia lata ab eo, qui non erat iudex, an poßit ratificari per delegantem.*
14 *Notarius expedienda per iudicem, quæ poßit expedire.*
*Notarius expedit ea, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, ſi ſibi committuntur.*
15 *Productio actorum poteſt per notarium expediri.*
16 *Inſtrumentorum productio an poßit recipi à tabellione iudice abſente.*
17 *Notarius non dat dilationes, nec teſtes recipit, etiam à iudice delegante.*
18 *Ratihabitio an trahatur retro in præiudicium alicuius.*

a ¶ Non habet vim ſententiæ. Ego dictū limitarē, niſi error ille eſſet modicus. ita no. ſing. Bal. in l. ſi cui. & in l. ſub conditiōe. & in l. cū ſeruus. ff. de cō di. & demon. Idē in l. oēm §. ad Tertul. & quid ſi fuerit erratū in calculo tēporis, ꝑ Pau. de Caſtr. cōſilio xxxiiij.

b ¶ Citanda. Adde etiā Ang. in l. j. §. Marcellus. ff. ſi cui plus quā per l. Falci.

c ¶ Non pōt per notariū expediri. Tu dic ꝙ id, qđ per iudicem debet expediri, & plenā cauſæ cognitionē requirit, nō pōt ꝑ notariū expediri: de quo per iſtū in l. j. §. de plano. ff. de offic. procon. & lega. & in quibus cauſis requirat̃ plena cauſæ cognitio, not. Spe. in ti. de iuriſ. om. iud. §. poſtremo. verſi. ſciendum eſt.

LEX II.

INſtar. Computatio facta à tabularijs, ſeu calculatoribus vim ſententiæ nō habet quo
ad condemnationē, & abſolutionē: niſi ꝑ
iudicē cōfirmet̃. h. d. ſecūdū vtranq; lectu.
Et quia lex iſta conſueuit reputari difficilis, pro eius declaratione diuido glo. quia
primò præmittuntur quædam ad euidentiam. Secundò examinat lect. Tertiò circa eas format tria dubia. Vltimò inducit
in argu. ad quæſtionem, & poſtea colligit
quædam notabilia. ſecunda ibi: horū. tertia ibi: & ſunt hæc vera, quarta ibi: itē not. hic argumentū. hoc
præmiſſo videbitis hāc legē clarā. Ad euidentiam ſcias primò
quid eſt cōputatio. dic vt in gl. ibi: mittere etiā ad quartarolos.
1 † Secūdò ſcias ꝙ olim mittebantur ad prouincias tabularij cū
ſuſceptoribus, vt dicit gl. hic, & mittebātur ſuſceptores qui ho
die vocantur theſaurarij, & cū eis mittebant̃ aliqui notarij: &
2 ita hodie obſeruat curia Romana. † Tertiò ſciendū eſt, ꝙ iſtorum tabulariorū officiū erat ſæpe & frequenter dicere illi ſuſceptori ſeu theſaurario, qui erant debitores vt eos exigerent.
non aūt erat eorū officiū cōputare. Dicit gl. quod intellige verum principaliter, ſed per quandā cōſequentiā ad eorū officiū
ſpectabat computatio. Non enim poterant aliquē denūciare
eſſe debitorē, niſi poſſent cōputare rationē, ex qua illud appareat. Hoc præmiſſo ad euidentiā venio ad caſum in terminis:
& ſic intro ſecundā partē gl. pone: Iſti tabularij cōputauerunt
vnam rationē, ex qua me aſſumauerunt eſſe debitorē fiſci in
certa quantitate. Quæritur vtrū iſta cōputatio & aſſummatio
vim ſententiæ habeat, ita ꝙ poſſit fieri contra me executio, &
non admittar ad defenſionē: ſicut nec poſt ſententiā. Rn̄. Imperator, & dicit ꝙ non: niſi talis computatio fuiſſet approbata per procuratorem Cæſaris. h. d. & ſecundùm hoc nō habet
vim ſententiæ condemnatoriæ. Vel pone ſecundò ꝙ tales notarij, vel calculatores computantes rationē, ſcripſerunt me nil
debere, & me integrè ſoluiſſe. Quæro an ex tali computatiōe
oriatur exceptio rei iudicatæ, ſicut per ſentētiā oritur. Reſpōdet Imperator ꝙ non: niſi fuerit approbata per procuratorem
Cæſaris. Iſtæ ſunt duæ lecturæ, quæ ponuntur in ſecūda parte gl. Horū aūt cōputatio non eſt rata: niſi ſic facta ratificetur.
vnde prima nō habet vim rei iudicatæ quantū ad executionē
nec ſecūda ꝙ̄tū ad abſolutionē. Et licet gl. videatur facere differentiā inter primū et ſecūdū caſum in perſona iudicis: qa prima loquit̃ in præſide: ſecūda loquitur in procuratore Cęſaris.
3 † Hæc nō notat iuris miniſteriū, ſed facti accidentiā, vt patet
ex ſecunda parte gl. & legib. allegatis in ea. & hoc no. pro iſtis
ratiocinatoribus monetæ, qui faciūt ſcribi ratiōes, & ſimilia.
4 Venio ad tertiā partē gl. & circa has lectu. quærunt̃ tria. † Primò, an hoc ſit verū ſi cōputatio ſit facta per errorē. Rn̄. ſic. Differt em̄ à ſnīa. Nam cōputatio ſimplex facta per errorē nullo
modo nocet. In ſentētia verò diſtinguitur: aut eſt expreſſus error, aut nō. l. j. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. Et ſic apparet ꝙ cō
a putatio erronea non habet vim ſententiæ[a] erroneæ. † Quæro
5 vtrū hæc lex habeat locū in cōputatiōe iuridica, et verè facta.
Reſpōdeo, ꝙ aut cōputatio eſt facta ab eo, ad cuius officiū nō
pertinet: & ſine dubio non habet vim ſentētiæ: imò nullū effe-
6 ctū, vt ſ. ſi à nō cōpe. iu. per totū. † Aut facta ab eo, ad cuius officiū ſpectabat: & tūc nō habet vim ſentētiæ, vt mandetur executioni, vt pariat exceptionē rei iudicatæ: vt hac lege: ſed valet
quo ad alia. Primò, quia ex tali cōputatione aſsignata iudici
pōt iudex procedere cōtra illū aſsignatū debitorē, niſi ille ſe legitimè defendat: vt j. de apo. pub. l. j. & dictū eſt ſ. circa caſus
7 poſitionē. habet etiā † aliū effectū: quia ſi quidē aliquis vult reuocare cōputationē rōne erroris habiti in computatione, hoc
pōt facere vſq; ad xxx. ann. tantū: vt l. calculi. ff. de admi. rerū
ad ciuita. perti. & ſic poſt xxx. annos habet vim ſentētiæ diffinitiuæ. Aut quis vult retractare computationē reſpectu gratiæ adhibitæ in ea: vt quia calculator admiſit aliquam expenſam, quam admittere non debebat, vel computauit in calculo
quod computare non debuit: & tunc pōt retractare vſq; ad x.
vel xx. annos, ſecundum diſtinctionē poſitam in l. oēs. §. j. ſ. de
præſcrip. xxx. vel xl. anno. Et ſic poſt illa tempora habet vim
rei iudicatæ. Sed ſi fuiſſet deductum in ſententiam iudicis, ſtatim haberet effectum ſuum. hoc vult dicere tertia pars gl. Bar.
8 Additio. † Quæro, an qn̄ ſit aſsignatio huius computationis iudici: & ſecundū eā iudex pronunciat
debeat ille, qui geſſit, citari. Videt̃ ꝙ ſic: aliàs nō valeret ſentētia. ff. de re iudi. l. de vnoquoque. Sed videtur caſus in contrariū in iſtis ſentētijs, quæ ſuper cōputationibus rationū ferunt̃,
b ſcilicet ꝙ pars nō ſit citāda.[b] & ꝙ cōtra abſentē pronuncietur.
Tex. eſt no. ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. qđ de frumētaria.
& ibi vide Bar. qui vult, ꝙ iſtud ſit regulare in iſtis rationibus
licet ibi gl. videat̃ dicere ꝙ eſt caſus ſpecialis. Et no. bene hoc
9 ſingulare dictū Angeli. † Quæro vtrū hæc lex habeat locū in
officialibus aliarū ciuitatū. Videt̃ hic ꝙ ſic. ex gl. hic in fi. & ſ.
in rubr. quæ dicit, ꝙ hæc lex cōtinet ius cōmune, & placet. Nā
hæc lex cōtinet ius ſingulare in fiſco: qa facit mētionē de quibuſdā officialibus, quos ſolus fiſcus habet: vt dixi in euidentia
10 libus: ſed in effectu iuris cōtinet ius cōe. † Vt igit̃ hoc declarē,
ſciēdū eſt, ꝙ ciuitas quātū ad propoſitū ſpectat, habet officiales triplicis generis. Quidā em̄ ſunt calculatores, & reuiſores
rōnū tantū: & tunc quid eorū calculatio operet̃, dictum eſt ſ.
Quidā ſunt iudices, ſeu ſyndicatores, qui habēt oēs officiales
condemnare, vel abſoluere: & tunc quid operet̃ eorū ſentētia,
etiā ſ. dictū eſt. Quidā ſunt adminiſtratores: vt priores, & cōſules, ſeu antiani, ſecundū diuerſitatē locorū: & iſtorū deciſio,
ſeu cōputatio quid operet̃, habes in tex. ſ. de tranſac. l. præſes.
Etiā hæc ſunt multū vtilia pro calculationibus, & cōputationibus, quæ quotidie fiunt. modo habes iſtā materiā, q̄ eſt mul-
11 tū vtilis, & quotidiana. † Quæro, qd in cōputatiōe facta inter
priuatos? Rn̄. quādoq; inter priuatos erat lis: & calculator fuit
poſitus à iudice inter eos: & tūc talis calculatio valet, & plenā
fidē facit. l. ij. ſ. de vſur. & fruc. legatorū, poſſet tn̄ prætextu erroris officio iudicis hoc cōmittētis retractari, vſq; ad ſententiā.
ſ. de iu. & fac. ignorātia. l. error. & l. arbitrio. ff. qui ſatiſ. cog. &
l. fi. à qui. appel. nō licet. Si verò cōputatio eſt facta ab ipſis partibus: tūc ſunt aduertēda verba aſſummatiōis: vt ſi quidē cōtineāt calculationē tantū, reſpectu erroris pōt quādocunq; reuocari, vt ſ. de erro. calcu. l. j. Si verò cōtinerent pactū, vel tranſactionem generalē, vel ſpecialē: tunc facerent præiudicium: vt
l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. & ſ. de trāſac. l. ſi quidem. Bar.
12 Additio. † No. ꝙ dicit probationē. ſ. proxi. ibi, & plenā facit ꝓbationē. & ſic not. ꝙ talis appoſitus
nō eſt iudex delegatus: alioquin talis cōputatio nō ſolū probationē, ſed etiā executionē paratā haberet. l. à diuo Pio. in prin.
ff. de re iudi. Ea aūt quæ ſunt probationis ſolius, nō habēt executionē paratā: vt eſt gl. ordi. ff. de iureiu. l. ſed ſi poſſeſſoris. §.
13 ſi cū hæreditate. qđ no. Ang. † Venio ad quartā partē gl. et inducit gl. iſtā legē ad duas quæſtiōes. de prima vide gl. quæ bene determinat. de ſecunda vide per Inn. extra, de offi. deleg. c.
prudentiā. & ibi no. Bernard. in gl. ij. in fi. & vide ibi gloſ. in §.
diffinitiua. verſi. item ſi plures iudices. Bar.
Additio. De iſta gl. vide Bal. in l. j. in vlt. col. C. ſi à non cōpe. iudi. & Bart. & doct. in l. licet. ff. de iudi.
& in l. ſi vni. aliàs incipit, Pomponius. de re iu. Alex. Gl. quærit an ſentētia lata per delegatū poſsit per ſuperiorē approbari. dic vt l. licet. ſ. de iudi. Itē de arbitro an poſsit ratificari ſen-
14 tentia ab illo data. † Vltimò gl. no. ex l. iſta quod illud facien-
c dum eſt per iudicem, ꝙ non poteſt per notarium expediri.[c] al
leg. l. à procedente. ſ. de dila. Dic breuiter ꝙ illud, quod eſt faciendum



ciendum per iudicem, cū plenam cauſæ cognitionē requirit,
non poteſt expediri per notarium, etiā ſi ſibi committatur: vt
l. nec quicq;. §. vbi decretū. ff. de offi. proconſu. & leg. Ea vero,
quæ eſſent voluntariæ iuriſdictionis, poſſent per notariū ex-
15 pediri, ſi ſibi cōmitterentur: quia in hoc ipſo eſt iudex. † Non
tn̄ reperio ꝙ apud notarium poſsint expediri aliqua, niſi ſola
productio actorū. l. ei. qui. ſ. de tempo. & repa. appel. & ibi no.
in quibuſdam aut̃. ibi poſitis, ſcilicet aut̃. ſi appellatione. & in
aut̃. quæ ſupplicatio, de preci. Impe. of. & facit ad prædicta l. ij.
ſ. de aſſeſ. Non habetis alia hic. & hæc ſufficiant de materia
huius legis. Barto.
16 Additio. † Nota iſtud quod Bar. vult ſ. proxi. ibi, niſi ſola productio actorū. ꝙ productio inſtrumē
torum poſsit fieri coram tabelliōe officij, iudice abſente. Idem
no. in aut̃. quæ ſupplicatio. ſ. de preci. Impe. offer. & in l. ei. hic
alleg. licet do. meus do. Bald. teneat contrariū, per not. in l. iubemus. ſ. de lib. cau. vbi eſt glo. ordi. quòd confeſsio apud tabellionē officij in abſentia iudicis facta nihil nocet. Circa quę
vide quod no. per Inn. extrà, de proba. c. qm̄ contra. vbi videt̃
tenere opi. domi. mei, ſcilicet quòd tabellio nō poſsit recipere
inſtrumēta, ad hoc vt dicātur de actis, niſi de iudicis cōmiſsione. Et facit ꝙ no. per gl. ff. de teſti. l. curent. vide etiam omnino
Bar. j. de agri. & cēſi. l. cū ſcimus. li. xj. vbi ipſe ponit pulchras
limitationes circa gl. dictæ. l. iubem⁹. vide etiā per eundē Bar.
& Bal. in dicta aut̃. quæ ſupplicatio. & vide glo. ordi. in l. hac
cōſultiſsima. in §. penul. in ver. depoſitiōes. C. de teſta. & quod
☞ ibi notaui. ☞ Per notariū an poſsint expediri fiēda corā iudice: quid ſi iudex ſit & notarius. Bart. in l. cōperimus. de proxi. ſacro. ſcri. li. xij. dicit ꝙ iudex poteſt ferre ſententiā ex actis
à ſe ſcriptis. Bal. in l. iubemus. de libe. cauſa. tenet ꝙ quis non
pōt eſſe notari⁹ & iudex vbi iudex ē ordinari⁹. Vidi tn̄ dictū
bar. pluries ſeruari in practica, & maximè in officialib⁹ caſtrorū, qui nō habent notarios. vide Bal. in l. ſi ſeru⁹ cōis. ff. de ſtip.
ſer. qui tenet ꝙ iudex non poſsit ſcribere acta corā ſe facta. allegat tex. in c. cùm à nobis. de teſti. & ibi vide Pet. de Anc. per
tex. in c. qm̄ cōtra. de prob. Bal. in d. c. cū à nobis. dixit. Aut loquitur in iuriſdictione voluntaria, & tunc poteſt. Aut in contētioſa, & in leuibus: & pōt. in aut̃. niſi breuiores. C. de ſententijs ex breui. reci. Aut in maiorib⁹: & nō pōt. arg. l. ne in arbitris. C. de arbitris. Idē Bal. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacro. ſan.
eccle. & Pet. de Anc. in c. cū à nobis. Adde Bal. in l. ſi cōſul. de
adop. ff. & Imo. in d. l. ſeruus cōis. vbi dicit, de officialibus caſtrorū. fallit tn̄, niſi cōſuetudo eſſet in cōtrariū: vt eſt tex. in c.
cū dilectus. de fide inſtr. qđ tenuit Pet. de Anc. & alij in d. c. cū
à nobis. quib⁹ adde Bar. in aut̃. niſi breuiores. vbi dicit, ꝙ quādo agit̃ corā arbitro, qui pōt ſine ſcriptis ex partiū cōuentione ꝓcedere, pōt ipſe teſtificari de geſtis corā ſe, quaſi ex præmiſsis voluerit partes ſtari dicto arbitri: qđ tenuit ēt Imo. in c.
cū à nobis. & in c. j. de iud. & d. Abbas in c. ex literis. de proba.
& d. Ant. in c. cū ad ſedē. de reſti. ſpo. & in c. qm̄ cōtra. de ꝓba.
& in c. ſicut de ſentē. excō. & hoc ſequit̃ Lu. Ro. ī litera E. not.
lxxxv. in nūero ſcđm ordinē meū, licet Ang. & d. An. dicāt dictū Bar. valde periculoſum. & iſtud dictū reprobat. d. Ant. ī c.
Quintauallis. de iureiurādo. vbi circa h. d. Bar. dictū poſſe ꝓcedere actis tendētibus circa ordinatoria iudicis. nō aūt in deciſorijs. Et iſtud etiā ſequit̃ Ro. in l. ſciendū. de verb. obl. & ita
pōt ꝓcedere quod no. Ang. in aut̃. niſi breuiores. Sed aduerte
qa iſta concordia do. Ant. mihi nō placet: qa ſi procedit ſine
ſcriptis, ad qd ponderant acta tendētia ad ordinationē litis cogita. Bal. in d. aut̃. niſi breuiores. dicit ꝙ in litibus paruis pōt, ſi
hoc dictat cōſuetudo: aliàs ſecus. ſed certè nec iſta opi. Bal. mihi placet: qa ſi verum eſſet ꝙ iſtud dictū eſſet periculoſum, vt
ibi dicit Ang. & aperiat viā fraudib⁹, qūo poterit validari, per
cōſuetudinē. Certè nullo mō. c. fi. de cōſuetu. quare puto ī hoc
cōſiderādū qualitatē perſone iudicātis. vt ſi eſt legalis & bonę
opinionis, ꝓcedat dictū Bar. & ſequaciū, aliàs ſec⁹. & moueor
ad ſic dicendum per tex. not. in c. ij. de oper. nou. nunci. & per
gloſſ. in c. expedit. xij. quæ. j. & ꝑ no. dictum Hoſt. in c. finem.
de dolo & cōtu. & per do. Anto. in c. poſtremo. de appel. An
actorū productio poſsit expediri per notariū, adde ꝙ idē voluit Bald. & docto. in leg. ij. C. de eden. Bene facit l. iubemus.
C. de epi. & cleric. vide Bald. tamen in dict. l. ij. dixit multum
no. ꝙ notarius nō pōt recipere productio
a nē aliquā ad probādū, neq; inſtrumenta,
neq; teſtes, neq; iuramētū teſtis abſq; commiſsiōe, vel iudicis præſentia. Allegat gl.
no. quæ ita voluit in ver. diſpoſitiōis. in l.
hac cōſultiſsima. §. pe. C. de teſta. & idem
Bal. in aut̃. q̄ ſupplicatio. de p̄ci. Impe. off.
qđ no. aliàs bn̄ pōt recipere de iudicis cōmiſsiōe teſtiū examinationē vt tex. no. in
cle. j. de off. dele. & ibi doct. & not. Inn. &
doct. in c. qm̄ cōtra. de proba. qđ tn̄ an ſit
verū indiſtinctè, qa eſt articulus diffuſus,
vide Bal. & ibi Pau. de caſ. & do. meū in l.
hac cōſultiſsima. de teſta. & Gul. de Cu. Bal. & Sal. in aut̃. ſed
iudex. C. de epi. & cle. & Spe. in ti. de teſte. & bonus tex. in c. ij.
de iud. in vj. & Bar. in aut̃. apud eloquētiſsimū. ſ. de fide inſtr.
& per do. Abb. in c. cū cām q̄ inter. in vltima charta. de teſti. &
Bal. Sali. Ang. in l. iudices. e. ti. et Imo. in l. ſi qs ex ſignatorib⁹.
ff. queadmodū teſta. aper. & vide optimū dictū Bar. in l. admonēdi. in xij. co. in ver. qd ſi dictū teſtis. ff. de iureiurādo. Et in eo
qđ ſupra dixi notariū nō poſſe recipere dictū teſtis ſine cōmiſſiōe iudicis: adde ꝙ hoc verū, ſi ēt de partiū cōſenſu vellet hoc
facere. Itē voluit Bal. in §. itē ſacramēta. de pace Conſtātiæ. in
ver. ſecūdū mores in diſcurſu. Sed aduerte: qa fortè hoc nō eſt
verū. & moueor qa partes poſſunt in totū remittere iuramētū
teſtis. c. nūc de teſtibus. extra, de teſti. & no. gl. ſnīa valebit in l.
j. de ferijs ergo ſi hoc facere poſſunt: quātò magis poſſunt facere ꝙ teſtis min⁹ ſolēniter iuret. arg. l. j. circa prin. C. de rei vxo.
17 act. Cogita. Alex. † Itē facit gl. ſecūdū Cy. in arg. contra notarios, qui dāt dilationē partibus vel recipiūt teſtiū examinationē iudice delegāte, qđ nō valeāt: quia illa dicta debēt recipi ab
habēte iuriſdictionē: vt C. de fi. inſtru. aut̃. apud eloquētiſsimū
qđ vltimū eſt verū. vt in aut̃. de triē. & ſemiſ. §. & qđ ſepę. colla.
18 iij. qđ tn̄ dic vt ibi dixi. † Itē no. ex hac gl. qđ ratihabitio nō tra
a hit̃ retro ī alteri⁹ p̄iudiciū[a]. In cōtrariū facit qđ no. in gl. in l. ſi
indebitū. §. fi. in gl. pe. ff. rē ratā ha. Illa eſt falſa ſcđm Ray. licet
illā teneat Ia. de Are. in l. cū decē mihi. §. j. ff. de ſolu. Ange.

a ¶ Præiudiciū. Adde Bar. in l. bonorū. ff. rē ra. ha. & Bal. in l. ordo. in fi. per illū tex. C. de exec. rei iu. et ī aut̃. ei q. C. de tē. appel. & do. Alex. in d. l. bonorū. Adde omnino ad hanc materiā ratihabitionis, an & qn̄ retrotrahat̃, & qn̄ mandato equiparet̃. Dy. plenè in reg. ratihabitionē. & ibi poſui in apoſ. ad ipſum in apoſtil. j. & in re. ratum.

1 ☞ *Procurator Cæſaris eſt iudex inter priuatum, & fiſcum.*
2 *Adminiſtrator eccleſiæ quod poßit uendicare rem, quam alienauit: idem fiſcus. idem in adminiſtratore aliarum ciuitatum. Idem in tutore.*
3 *Qui deſinit poßidere quando poßit conueniri, ut poſſeſſor.*
4 *Actio pignoratitia ꝙ ſit perſonalis.*
5 *Venditor conſanguineus ueniens ad defenſionem emptoris extranei, an petat ex ſua perſona cauſam compromitti, uigore ſtatuti mandantis cauſa inter conſanguineos compromitti.*
2 *Quod tempus inſpiciatur, ut quis ſoluendo non ſit, ad hoc ut fideiuſſor conueniatur principali non excuſſo, quòd in priuato tempus litis conteſtatæ.*
3 *Si agitur contra unum ex pluribus officialibus, quando agatur prius contra nominatorem uel collegam, remißiuè.*

LEX III.

Quoniam. Si diuiſa eſt adminiſtratio à iudice vel
ab eius officialibus, primo conueniť
gerens, fideiuſſores & nominatores ipſius, q̃ perueniatur ad
1 collegã. h.d. † Opp. ff. ad municipales. l. Imperator. j̃. de peri.
☞ noĩa. l. j. ☞ Not. iſtum tex. ad limitationẽ cap. ſtuduiſti. de ꝓ
cur. ꝙ licet dicatur ꝙ per ſpãle mandatũ derogatur generali:
tamen fallit in procuratore ciuitatis vt hic. & ita allegat Bal.
in l. ij. quãdo fiſcus vel priuatus. & Ro. in ſuis ſingularibus in
litera p. no. xxvj. Alex. So. Intelligo hoc ꝙ quis conueniť ꝓ
collega, qui eſt repertus non ſoluẽdo tpe depoſiti officij. & ſic
2 concor. cum cõtrarijs. ita dicit gl. † Opp. ꝙ inſpiciť tẽpus li-
tis conteſtatæ an ſit ſoluẽdo: vt l. inter. §. j. ff. de fideiuſ. Sol. Il-
lud in fideiuſſore priuati. ſecus ĩ fideiuſſore officialis. quod dic
vt dixi in lege cõtraria. & plenè per doct. in l. ex perſona. š. de
3 proba. † Oppo. ꝙ prius deueniať ad collegã, q̃ ad nomina
torẽ: vt l. aduerſus. š. de magiſt. cõue. Huius timore glo. hic di-
ſtinguit plenè: quã no. & melius in l. Imperator. ff. ad muni. In
adminiſtratoribus priuatis, dic vt l. j. §. nunc tractemus. ff. de
tute. & ra. diſt. & de magiſt. conue. l. aduerſus. & l. j. š. de trãſac.
& ibi glo. & doc. Bar.

1 ☞ *Debitores fiſci ſummatim exiguntur, quando autem non: ſed ordinariè. nu. 3.*
2 *Priuatus etiã debitor fiſci ꝙ nõ põt impetrare, ut debitores ſui ſummatim exigãtur.*

Hi qui. Debitores fiſci exiguť ſummatim nec poſ-
ſunt impetrare vt eodem modo debitores ſui
exiganť: ſed eorũ exactio in ordinario iudicio repetẽti
1 reſeruať. h.d. † Nota ꝙ debitores fiſci exiguť ſummatim.
☞ ꝙ patet ex tex. q dicit ſine fruſtratione. ☞ Vide Bal. in l. ij. in
prin. C. qñ fiſcus vel priua. & in l. j. de cõdi. ex lege. In ea. l. ĩ pri
mo not. Nota iſtam dictionẽ, omiſſa fruſtratione. qa denotat
cãm ſummariã. adde ꝙ idẽ in dictione ꝓtinus: vt in l. ij. & ibi
oĩno vide Bal. C. vt lit. pendẽ. Et idẽ eſt in dictione ſtatim: vt l.
rem quæ. & ibi vide Bart. ff. de iure fiſci. q ponit vnũ pulchrũ
dictũ: cũ quo dicto tranſit Sali. in l. ſi qs poſt. ſuprà, de bonis
præſcrip. & Pau. de Ca. in l. ſi marito publico iudicio. ſol. mat.
licet Ro. coneť impugnare illud dictũ in l. j. §. j. ff. de ver. obl.
Sed ad tollendas eiꝰ oblationes, habeas recurſum ad diſtin-
ctionẽ quã ponit hic Bar. & idẽ in dictione illico, vt eſt tex. &
ibi Bar. in l. pe. š. depoſiti. vbi idẽ dicit in dictione, q̃ citius. &
ꝑ Bar. in l. j. circa mediũ. ff. iud. ſol. & ibi dicit idẽ in dictione,
incontinẽti. quæ oĩa nota ꝓ reſcriptis impetrãdis requirẽtibꝰ
2 cãm ſummariã expediri. Alex. † Secũdo not. ꝙ non põt qs
impetrare vt eodẽ mõ exigať, & excutiať debitor ſuus à fiſco.
Tertio no. ꝙ licet qs ſummariè, de plano exigať à fiſco: non tñ
3 ſummariè põt ipſe de facto exigere alios. † Ad primũ opp.
& vř ꝙ fiſcus debeat chigere ordinariè: vt l. facultas. š. ti. j. So.
Quidã ſunt debitores fiſci iã redacti in numero debitorũ: pu-
ta ex aliquo cõtractu vel ob tributa, vel ſi. & iſti cõueniunť ſũ-
mati, vt hic, & j̃. de exacto. trib. l. ij. & l. ſacrilegij. in fi. ad l. Iul.
pec. & in auť. vt iu. ſine quoquo ſuf. §. oportet. col. ij. & ibi tex.
aſsignat rõnẽ. Quidã nõ ſunt redacti ĩ numero debitorũ. Sed
an ſint debitores vel nõ, dubitať & cõtra iſtos debet fiſcꝰ age
re ordinario iudicio: vt d. l. facultas. & quod ibi dixi circa ter-
tiam particulam.

1 ☞ *Scriptura priuata ꝙ nõ faciat fidem pro ſcribẽte, uel eius hærede etiã ſi eſt fiſcus.*

1 Inter. † Scriptura ꝓpria nõ facit fidẽ ꝓ ſcribente
vel eiꝰ hærede: etiã ſi fiſcꝰ ſibi ſucceſſerit. h.
d. Similẽ legẽ habes š. de ꝓba. l. exẽplo. Vnde ſi fiſcꝰ oc
cupans rẽ alicuius inuenit chartas manu eiꝰ, cuius ſunt bona,
ſcriptas ꝙ aliqs erat ſuꝰ debitor: certè fiſcus non põt ex illis
☞ chartis aliquẽ cõuenire. ☞ Adde Bal. in
l. in bonæ fidei. ĩ iij. co. ꝙ de iureiurando,
vbi dixit ꝙ ſcriptura priuata mortui nõ ꝓ
bat, nec aliquã fidẽ facit, etiã ſi ſuccedať fi
ſcꝰ vel eccleſia. Alex. Et no. tex. iniquũ
& c. ſimile habes ĩ l. exẽplo. š. de ꝓb. Quæ
ro, qđ ſi ĩ illo breui cõtineať ſibi fuiſſe ſo-
lutũ: nunqđ faciat fidẽ contra ſe. Gl. deter
minat ꝙ ſic. dixi plenè in l. nuda. ff. đ do.
& in l. cõtractꝰ. š. de fide inſtr. In eadẽ l. in
fi. adde Sali. & Ro. ibi ĩ l. admonẽdi. de iu
reiu. Bar. & Ang. ĩ l. quędã. §. nũmularios
ff. de edẽdo. & vide no. ꝑ Bar. in l. admon.

a ¶ Debet probare negatiuam. Adde tu de hac materia ꝑ quem, qualiter, & qñ probetur negatiua, per iſtũ in l. actor. nu. ij. & qđ ibi poſui ĩ apo. in ver. poſsit ꝓbari. vbi etiã poſui ĩ addiť. ad Bal. nu. viij. de proba.

b ¶ Non eſt. Addđ Pau. de Caſtr. in conſil. lxxxix. & quod per And. Bar. in c. conſil. inci. ſcripſit eccleſiaſticus. xiij. co. & poſt conſil. d. Alex. de Im. cij. iiij. par.

*De fide inſtr. & iuræ haſtæ fiſcalis.* *Rubrica.*

1 ☞ *Subhaſtatio in quibus cõtractibus requiratur remißiuè.*
2 *Negatiua quod probari poßit per aliquem.*
3 *Decretum quòd præſumitur interpoſitum ex iuſtis cauſis, remißiuè.*
4 *Solennitas ſubhaſtationis quod non probatur interueniſſe, liceat in inſtrumento enũciatiuè dicatur quod facta fuerit.*
*Inſtrumentũ narrans ſolennitatem interueniſſe nõ probat quod interuenerit, niſi potuerit adhiberi eodem loco & tẽpore confecti inſtrumenti.*
*Enunciatiua in cõtractibus inter eaſdẽ perſonas probat, quando id continetur, in quo partes ſibi poſſent præiudicare.*
5 *Solennitas extrinſeca non præſumitur.*
6 *Titulus quando habetur pro nõ titulo, non excuſat à fructibus percipiendis.*
7 *Procurator fiſci quod habeat ius uendendi res fiſcales ſpeciali mandato interueniẽte, res autem debitoris fiſci abſque alio mandato uendit.*
8 *Procurator fiſci uendens res fiſci, non poteſt habere fidem de pretio. Habere fidem de pretio quis dicatur.*
9 *Venditio rei fiſcalis uel eius debitoris, ut ualeat quæ interuenire debeant.*
10 *Subhaſtatio non reqritur quãdo uendũtur res mobiles quæ cõſuetæ ſunt uẽdi in foro.*

LEX I.

Quod in libellũ. Si ꝓbať ꝙ in venditione rei
debitoris fiſci debita ſolẽni-
tas nõ ſerueť: reſtituiť res cũ fructibus perceptis & per
cipiendis. hoc dicit. Barto.
Additio. In quibꝰ cõtractibꝰ requiriť hæc ſubſcriptio,
vide Bal. in lege ordo. de executione rei iudi
1 ca. Alex. † Opponi. innuitur hic quod qs debet ꝓbare nega
a tiuã[a]: contra de lege actor. š. de proba. Præterea, q ſolennita
tẽ dicit, debet eã ꝓbare: vt l. quæcunq;. §. fi. ff. đ pub. nõ q eã ne
gat. Sol. gl. dicit ꝙ hic ꝓbať eo ipſo ꝙ contrariũ nõ ꝓbať. Iſtđ
eſt facere violẽtiã literæ: qa tunc nõ probaret ipſe, ſed ius prę-
2 ſumeret. † Vñ alij dicũt ꝙ hic erat ſcriptura quæ dicebat ſo
lennitatẽ interueniſſe, cui eſt ſtandũ, donec ꝓbeť contrarium,
qđ põt probari per obliquũ: vt l. optimã. š. đ cõtra. & cõm. ſti.
iſta opi. cõmuniter teneť. quã ĩtelligo ꝙ hic erat ſcriptura quæ
hoc continebat diſpoſitiuè: quõ tali die, loco, & teſtibus fuit
facta ſubhaſtatio: & quõ procurator fiſci interuenit: & ſic
de quolibet actu fuit factum inſtrumentum per ſe: vt hic glo.
innuit per l. cum præcibus. quam allegat Bart.
3 Additio. † Allegať hæc gl. ꝙ decretũ præſumiť inter-
poſitum ex iuſtis cauſis, & cum cauſę cogni-
4 tione. Vide Bal. in l. fin. de præ. mino. † Alex. ☞ In gl. ibi dũ
☞ allegat l. cũ p̃cibus. q̃ gl. allegať ꝑ Bar. ĩ l. ſciendũ. de ver. obl.
& in auť. ſi qs in aliquo documẽto. C. de edẽ. Alex. Si em̃ hoc
cõtineť in inſtrumẽto enũciatiuè đ præterito: verbi grã nota-
riꝰ hodie facit inſtrumentũ vẽditionis, in quo narrat quõ factę
fuerũt ſubhaſtatiões debitè, & ſimilia: tũc illi inſtrumẽto ſtã-
b dũ nõ eſt,[b] qa ĩſtrumẽtũ non ꝓbat, niſi ea quę interuenerũt lo
co & tpe celebrati inſtrumẽti, vt no. ꝑ Inno. ĩ c. qm̃ cõtra falſã.
extra, de ꝓba. ſed ſubhaſtatiões nõ potuerũt ĩteruenire: qa de
bẽt ſtare viginti diebꝰ, vt j̃. dicã: ergo &c. Pręterea, tũc non eſt
inſtrumẽtũ ꝓpriè de illo facto, ſed magis facit narrationẽ alte
riꝰ documẽti. igiť &c. vt ĩ auť. ſi qs in aliquo documento. š. de
edẽ. Pręterea, cũ iſta ſolẽnitas ſit ĩducta ĩ fauorẽ debitoris cuiꝰ
bona alienantur, & etiã in fauorẽ fiſci: nõ poſſunt officiales, q
vẽdunt, renũciare huic ſolẽnitati: nec etiã emptor: vt l. ius pu
blicũ. ff. de pact. Sed ſi eorũ confeſsioni ſtareť, iã inducta eſſet
via ſimilis renunciationi: ergo nõ valet. l. doli mali exceptio.
5 ff. de noua. † Et ſecundum illud qđ diciť in l. optimã, ſ. ꝙ ver
ba enunciatiuè poſita in cõtractibus probant inter eaſdẽ par-
tes, intelligo quãdo id cõtinetur in quo ꝑtes poſſunt ſibi prę-

a ¶ Præiudicare. Ad- de Feli.in c.cũm iure. de offic. deleg. & do. Socin.in conſi.ccxiij. incip.in præſenti con ſultatione.verſ.ſecun da concluſio.circa fi. in ſecũda parte,char- ta lxxviij.

b ¶ Non præſumitur. Adde text. in l.quæ- cunq;.§.interdum.& ibi Bart.ff.de pub.& vide Spe.in tit.de ꝓ- ba.§.j.verſi.ſequitur. & §.iij.ver.iij.per in- ſtrumenta.

c ¶ Fidẽ de pretio. Ad- de quod in procura- tore priuati Lu.Ro. in ſuis ſingu.nu. liiij. incip.ꝙ habens man datum ad vendendũ.

d ¶ Officialis. Adde d. Alex. etiam in l.lici- tatio.de public.

e ¶ Quælibet per ſe eſt ſufficiens. Adde Bal. in l.per diuerſas.q.xj. ſ.mand. & iſtũ omni no conſi.ſuo cxl.inci. commune de Ligna. & ibi poſui in addit. ad ipſum.

a iudicare [a] aliàs ſecus. Idem nota.in l.ſciẽ-
dum.ff.de verb.obli. Alij dicũt ꝙ hic præ-
ſumuntur omnia ſolẽniter acta:quod nõ
placet:qa hic loquit de ſolẽnitate intrin-
b ſeca,quæ nõ præſumit.[b] dixi plenè in d.l.
6 ſciendũ. † Op.de l.ſi fundũ.ſ.de rei vẽ.
vbi dicit,ꝙ titulus excuſat à ꝑcipiendis.
gl.hic variat. Tu dic ꝙ hic loquit quãdo
titulus habetur pro nõ titulo.argu. l. nec
vllã.§.j.ff.de peti.hære. Venio ad quæ-
ſtiones,& quæro primò contra quẽ agit,
& qua actione.gl.remittit ad not.ſ. de iu
7 re fiſci.l.iij.& ibi examinaui. † Quæro,
quis eſt,q habet ius vendẽdi res fiſcales,
vel debitoris fiſci.Gl. dicit ꝙ procurator
fiſci,vel cui princeps mandauit. Item in
principio gl.magnæ dicit ꝙ talis vẽditio
debet fieri interueniente procuratore fi-
ſci. In contrariũ videt ſ.ſi propter publ.
pen.l.ij.vbi videtur ꝙ debeat fieri autho
ritate præſidis. Breuiter circa hoc dico,
quandoq; exactionem tributorum vecti
galium,& ſimilium fiſcus vẽdit alij:quã-
doq; illud facit per ſuos officiales nomi-
ne fiſci exigentes.& iſti duo modi notã-
tur in l.j.§.hic titulus.ff.de publi.in prin.
mag.gl. Primo caſu, illi emptores dicun-
tur eſſe illi,qui habent ius vẽdendi:tamen hoc faciunt autho-
ritate præſidis:vt d.l.ij.ſi propter pu.pen. Secũdo caſu iſtud
fiet authoritate procuratoris fiſci.ita loquitur hic.Sed contra
hoc inſtatur de l.j.ff.de offic.proc.Cæſaris.vbi nõ vendit ſine
ſpeciali mandato.Quædam parua glo.hic dicit aliud in pro-
curatore Cæſar.aliud in ꝓcuratore fiſci. Tu dic idẽ in vtroq;,
vt ff.de iur.fiſ.l.ſi fiſcus.in fi.& hic loquit in vẽditione rerũ de
bitoris fiſci:ſed ibi loquit in vẽditione rerũ quæ ſunt in patri
8 monio Principis. † Quæro vtrũ procurator fiſci debeat vẽ-
c dere rem præſente pretio,vel poſſit habere fidẽ de pretio [c] di
cit gl.pretio præſente:vt l.ſi procu.in fi.ff.de iure fiſ.& l. à di-
uo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iudi. Qualiter aũt quis dicat
habere fidẽ de pretio,vide textũ & gl. in l.quod vendidi.ff.de
contrahend.empt. Quæro, nunquid in iſta venditione ne-
ceſſaria ſit ſcriptura.glo.dicit ꝙ non:vt l.iij.infrà,eodem titu.
9 † Quæro quot requirant ad hoc vt valeat venditio rei fiſca
lis,vel debitoris fiſci.dic vt in prin.gl.magnæ,& in l.iij.ſ.de iu
re fiſ.& no.in l.j.ſi aduerſus fiſcũ.& l.ſi quos.de reſcin.vẽ.Bar.
10 Additio. † Adde ꝙ ſubhaſtatio nõ requirit in vendi-
tione rerum mobiliũ,quæ cõſuetæ ſunt vẽdi
in foro.vt no.Bal.in l.j.ad fi.C.ſi ꝑpter pub.pen. Et adde ꝙ in
d ſubhaſtatione Reip.requirit præſentia officialis [d] l.fin. & ibi
11 Bal.C.noua vect.Alex. † Not.gl.magnã & gl.paruã ſup ver
bo,mala fide.ꝙ mala fides præſumit interueniſſe, qñ ſolẽnitas
fuit omiſſa.& ordo debitus nõ fuit ſeruatus quod not.Barto.

*1 Agere tanquam unus de populo quòd quis poteſt,etiam pro ſuo intereſſe.*
*2 Venditio facta ſine ſolennitate,& concluſione pretij,etiam à fiſco,non ualet.*
*3 Cumulari in libello quòd plures cauſæ poſſunt,ſi quælibet per ſe ſit ſufficiens:& ſufficit alteram probari,niſi quis ſe adſtrinxerit ad utrunque probandum.*

LEX II.

DVplex. Hæc lex dicit idem quod præcedens,ſi in
venditione debita ſolẽnitas nõ fuit obſer
1 uata,res vẽdita retractat.h.d. † Nota ꝙ quis põt quan
doq; agere ſicut qlibet de populo:& etiã pro ſuo proprio in-
tereſſe,vt hic,in fi.ibi:cauſa indemnitatis. Simile habes in l. li
cet.in prin.ff.de ꝓcu.& qđ no.in l. iuris gentiũ.§. ſi paciſcar.
2 ff.de pactis. † Not.ꝙ ſolẽnitas omiſſa, & gratioſa & vẽditio
rei ꝑpter paruũ debitũ,præſupponunt fraudẽ eſſe factam: &
3 ideo retractabit. † Not.ꝙ in libello poſſunt accumulari plu
e res cauſæ,quarũ quælibet per ſe eſt ſufficiẽs [e]. Facit quod no.
ſ.de edẽ.l.edita.Et ſufficit alterã ꝓbari:vt no.extra,de reſcri.
c.ij.in fi.niſi ſe adſtrinxerit ad vtrũq; ꝓbãdũ.qđ dic vt pleniſſi
mè dixi.ff.de re iu.l.diuus.& dixi in d.l.edita.ſ.de eden. Bar.

*1 Res quòd fuerit empta à fiſco,& quæ requiruntur ad acquiſitionem dominij, poſſunt probari per teſtes.*
*2 Fiſcus uendens non poteſt habere fidem de pretio.*
*3 Probationis appellatione,intelligitur de idonea.*
*4 Venditio & pretij ſolutio probari poteſt per teſtes,& ibi quando hoc poſſit.*
*5 Exceptio,quem de euictione teneat actio,eundem agentem,& c.quòd apponatur ad merita & ad proceſſum.*
*6 Res empta per uxorem,erit uxoris,& non uiri,licet præſumatur empta de pecunia uiri:ſed ipſa tenetur ad pretium uiro.*

LEX III.

1 ET ſi inſtrumenta. † Emptio à fiſco facta,
& alia quæ requirũtur
ad acquiſitionẽ dñij,poſſunt ꝓbari ſine ſcriptura.h.d.
Pro declaratione legis quæro quo iure fiſcus vendit.Rñ.vel
fiſcus vẽdit vt ſuũ propriũ:vel vẽdit tanq; matris diu ceſſan-
tis in ſolutione debiti,vel tributi:cui matri fiſcus poſtea ſuc-
2 ceſſerat,qui fiſcus nõ vẽdicat. † Hoc præmiſſo no.ex l.iſta ꝙ
pretium debet eſſe ſolutũ,cũ fiſcus vẽdens nõ poteſt habere fi
dem de pretio:vt no.ſ.e.l.j.& j.tit.ij.l.j.ff.de iur.fiſ.l.ſi procu-
3 rator. † Secũdò no.illud quod tex.dicit in quibuſcũq; proba
tionib9,&c.& gl.dicit,ſcilicet idoneis.quod eſt notabile pro-
4 pter ſtatuta,& alia multa. † Tertiò no.ꝙ vẽditio & pretij ſo-
lutio poteſt ꝓbari ſine ſcriptura. Ad iſtud opp.ſ.tit.j.l.ij.So.
Quidã ſunt debitores fiſci in numero debitorũ redacti:& iſti
nõ poſſunt probare venditionẽ, nec ſolutionẽ ſine ſcriptura,
vt d.l.cõtraria.Quidã nõ ſunt debitores,ſed aliter cũ fiſco cõ
trahẽtes:& tunc totũ contractum & ſolutionẽ factam in ipſo
5 cõtractu poſſunt probare per teſtes:ita loquit hic. † Nota ꝙ
hic videt caſus ꝙ illa exceptio,quẽ de euictione tenet, &c.de
qua in l.vãdicãtem.ff.de euict.impedit litẽ cõteſtari, vt hic in
fi.l.ibi:referre quæſtionẽ procurator meus nõ ſinet, quaſi di-
cat,nõ patietur litem cõteſtari.Aliæ leges vident dicere ꝙ ta
lis exceptio opponat ad merita cauſæ magis q; ad impedien-
dum proceſſum:vt d.l.vendicantẽ.& ſ.de euict.l.exceptionẽ.
& ſ.de rei ven.l.cùm à matre. Poſſumus tamen dicere vtrũq;
procedere,& ꝙ opponatur ad merita cauſæ,& ad proceſſum,
per hãc legem,& leges ſ.alleg.facit l.vẽditrici.de reb. alie.nõ
6 alie. † Vltimò facit hæc lex,ꝙ ſi vxor alicuius emit aliquam
rem,illa res ſit vxoris.Non obſtãt leges dicentes ꝙ quicquid
quærit vxor præſumitur de bonis viri,vt l.etiam.ſ.de donat.
inter vir.& vxo.& l.Quintus.ff.de don.inter vir.& vxo.quia
fateor ꝙ præſumitur empta de pecunia viri,& vxor teneatur
ad pretium viro: tamen res non erit viri,ſed vxoris,vt hic, &
l.j.& l.multum.ſ. ſi quis alteri vel ſibi.Bar.

Additio. Vide Bal.in l.ſi vxorẽ.de cõdi. inſer.& Bart.
in l.ſi filij.de donat.inter vir.& vxo.Alexan.

☞ Facit vxor quæ emit rẽ aliquã,vel acquirit præſumat acq-
ſiuiſſe de bonis viri.Adde quod no.Bar.in ſuo tract.de duob.
frat.in ij.col.in ver.quartò quæro quid ſi dubitat.Adde oĩno
not.per Bal.in l.ſi vxorem. de cõdi.inſer.& not.Inn.in c.cùm
officijs.de teſta.Sed qd in cõcubina: an præſumat acqſiuiſſe
de bonis amãtis.Dic ꝙ ſic:ar.l.fi.ff.de act.& obl.Ita dixit Bal.
in l.cũ oportet.C.de bo.quæ li.& idẽ dicit Bal. ibi in muliere
adultera,vt accipiamus in meliorẽ partẽ,& ſic videat quæſi-
uiſſe de bonis mariti.Caſus eſt ſingu.in l.ſi miles.§. miles. de
adul.niſi fortè publicè negotiaret:quia tũc præſumit ex quæ
ſtu quæſiuiſſe,ſm Bal.in d.l.cũ oportet.in v.col.Quid in offi-
ciali fiſci:vide gl.Bar.& ibi dixi in l.facultas.in fi.ſ.de iu.fiſc.
Quid in rectore hoſpitalis,Bal.ꝙ idẽ,in aut.licẽtiã.C.de epiſ.
& cle.per tex.vnde ſumit.& ibi, quid de prælato eccleſiæ, de
quo aliqd dixi poſt Bar.ſ.in d.l.facultas. Quid in filioſa.Ioã.
An.ꝙ ſic in c.inueſtigãdum.de pec.cle.de quo tamen per gl.
Bar.Bal.& alios in d.l.cũ oportet.qd in vidua poſt mortẽ ma
riti,vide Alb.ſing.in l.etiã.C.de do.inter vir.& vxo.& Ang.
in conſi.cxlj.& Ro.in ſuis ſingul.in vj.no.de eo quod dixi de
concubina.vide etiam Bal.in l.j.de natur.lib.Alexand.

*1 ☞ In uenditionibus rerum fiſcalium fiendis ſub haſta,tempus ſtatuitur arbitrio iudicis augendo,non minuendo.& uide infrà nu 7.& nu.8.*
*2 Diſpoſitio huius legis quòd etiam habeat locum in uenditionibus rerum priuati,uel ciuitatis,ſi tempus ſubhaſtationibus ſit appoſitũ per officialem habentẽ poteſtatẽ.*
*3 Offerens intra tẽpus ſubhaſtationum obligatur,& dicitur talis cõtractus perfectus. Contractus qui celebratur cum incerta perſona non uitiatur propter temporis interuallum,uel partis abſentiam.*
*4 Officialis ponẽs ad incantũ rẽ uẽdendã,obligatur ad uẽdendã ſi in ſubhaſtatiõe dicit ꝙ plus offerenti dabitur,uel ſi fiſco expediebat dare plus offerenti,aliàs non.*



*Nouum præconium in ſubhaſtandis rebus poteſt fieri,ſi in primo nullus obtulit.*
*5 Termini extraiudiciales intelliguntur peremptorij, licet hoc non adijciatur. & j. num.7.quando non poſſit augeri.*
*6 Qui primò obtulit minus,ſi modo offert plus quàm ſecundus,an admittatur.*
*9 Ciuitas poteſt legem condere,intra quòd tempus uenditio rerum ſuarum fiat.*
*10 Subhaſtatio quòd fieri debeat in uendendis rebus minorum.*
*11*

SI tempora. Hæc eſt difficilis lex, & hoc dicit:
Intra tẽpus in ſubhaſtatione ſtatu-
tum quilibet veniens admittit, licet res iam alteri fue-
rit vendita.h.d. Primò ponitur caſus, ꝙ plus offerenti intra
menſem dabitur, ſi intra quindecim dies centũ promiſit, & ei
omnia adiudicauit ꝓcurator fiſci. Modò poſt quindecim dies
alius venit & promiſit pluſquã iſte emerit:certè iſte plus pro-
mittens intra menſem debet audiri, & ei debet adiudicari, li-
☞ cet primò fuerit tradita illi.☞ Lex iſta tractat materiã ſubha-
ſtationis,de qua etiã videas gloſ.no.in l.creditor.C.de diſtrac.
pig.& Bal.& Ang.in l.fi.C.de iure do.impe. Et formã ſubha-
ſtationis vide per Bar.in l.licitatio.in prin.ff.de pub.& ibi ple
nè de materia.& vide etiã Ange.in l.j.ſ.e.& ibi vnũ elegãs di-
ctũ in hac materia poſuit,ſ.ſi in ſubhaſtatiõe alicui9 datij.duo
rñde:aut adinuicẽ eodẽ tẽpore,& loco,quod locus eſt gratifi-
cationi.qđ tene mẽti:quia pluries vidi de facto,qđ dictũ ſequit
Laudẽſis in ſuo tractatu de principe in tit.de fiſco.in lxiij.cõ-
clu.Et in materia vide vnũ cõtra referẽdarios gratificãtes pu-
blicanis in ſubhaſtatiõe datiorũ.& per Bar.in l.j.j.de paſcuis
publicis.Itẽ adde an iudex,qui facit ſubhaſtare rẽ debitori te-
neat ipſe de euictione emptori.Dic ꝙ non,in l.ſi ob cãm.C.de
euic.vbi Bal.ꝑ illũ tex.& eſt ratio:quia dicit executor iuris,&
per cõſequẽs neceſſari9,quo caſu nõ tenet ex aliquo cõtractu.
l.qui pignori.ff.de euic.ſcđm Bal.in d.l.ſi ob cãm.in fi.qđ no.
adde ꝙ ſubhaſtatio eſt tãtæ virtutis,ꝙ nõ habet locũ ĩ ea dece-
ptio vltra dimidiã iuſti pretij,in l.j.j.de prædijs curialiũ.& no.
Ange.in repe.l.ſciendũ.ff.de ver.obli.in fi.quartæ col.Alexã.
1 No.ſcđm iſtã lec.† ꝙ tp̃s ſtatuit arbitrio officialis vendẽtis.
Scđò no.ꝙ licet vni vẽdita ſit res ĩtra tp̃s, admittit alius plus
ꝓmittẽs.ita intelligit gl.quã no. Opp.cõtra iſtã lec.ꝙ primò
tp̃s ſit limitatũ xx.dierũ,vt ſ.de ſac.ſan.eccl.aut.hoc ius porre-
ctũ.& fuit no.ſ.e.l.j.& hac l.ſcđm tertiã lec. So.Officialis põt
a augere [a] terminũ ex ſuo arbitrio.ita loquit hæc lec.nõ aũt mi-
nuere,vt in cõtrario.Ratio:qa in augẽdo eſt fauor fiſci:qa plu
2 res venire poterũt. † Quæro,nũquid hæc lex habeat locũ in
venditione rerũ priuatarũ,vel ciuitatũ.Glo.dicit hic ꝙ nõ.Tu
dicas ꝙ verũ eſt quãtũ ad hoc ꝙ in vẽditione rerũ, ciuitatũ,vel
priuatarũ ſit adiectũ certũ tp̃s à lege. Sed ſi adijceret per offi-
ciales vendẽtes ſuo arbitrio:tũc hæc lex poſſet habere locũ:qa
qlibet veniẽs intra tp̃s admittit ſine dubio:ſi nulli iam eſſet fa
cta vẽditio.ſed ſi alicui eſſet facta:tũc ſi eſſet facta ſimpliciter,
adhuc admitteret alius plus promittẽs.Intelligit em̃ eſſe facta
ſub cõditione,niſi meliorẽ conditionẽ attulerit alius intra tp̃s
appoſitũ in ſubhaſtatione,vt hic,ſcđm iſtã lec. Poſſẽt tñ in vẽ-
ditiõe eſſe appoſita talia verba,ꝙ per ea appareret eſſe receſſũ
ab illo pacto facto ĩ illa ſubhaſtatiõe.ſi tñ eſſet priuat9 vendẽs,
vel ali9 officialis habẽs de hoc authoritatẽ:iſta lex de hoc locũ
nõ haberet:& alius admitteret.ſecus ſi poteſtas talis officialis
☞ ſe ad hoc nõ extẽderet.& ita intelligit hæc glo.☞ Nunqd aũt
ſubhaſtatio habeat locũ in rebus ciuitatis,adde tex.in l.j.de in
3 diẽ addict.Alex. † Quæro,qd ſi vnus vadit intra tẽpus ſub-
haſtationis, & offert:an ex hoc obliget. Videt ꝙ nõ:quia inter
interrogationẽ factã per præconẽ,& oblationẽ illius interue-
nit ſpatiũ.ergo nõ obligat,vt l.j.§.primo.ff.de verb.obli. In
contrariũ eſt ſciendũ ꝙ cõtractus,q celebrat cũ incerta ꝑſona,
nõ vitiat propter interuallũ tẽporis,nec ꝑpter abſentiã cõtra-
hẽtis.Exemplũ:ſi habeo rẽ pro derelicto, videor eã donare oc
cupãti.l.ſi id quod.ff.pro dere.& ſic incertæ ꝑſonæ.Iſta dona-
tio nõ impedit,licet alius occupet me abſente,& ex ĩteruallo:
vt l.quod ſeruus.de ſtipu.ſeruo. Itẽ pecunia quæ ꝓijcit à prin-
cipe,vel à cõſulib9 in populũ,datur occupãti.ff.de acq.re.do.l.
qua ratiõe.§.pe.in xx.rñſo.ita in ꝓpoſito ꝑ illũ p̃conẽ,videor
cõtrahere cũ incerta perſona, videlicet cũ plus offerẽte.ideo ſi
venit ex interuallo,vel ſi offert notario ẽt non p̃ſente officiali
☞ perficit cõtractus.dixi in l.licitatio.in prin.ff.de pub. ☞ Quæ
ro,quid ſi vnus longum interuallũ non vitiat cõtractum ce-
lebratũ cum incerta perſona. Adde Barto.& ibi dixi in l.lici-
tatio.ff.de publi. Et in materia ſubhaſta-
tionis, adde quòd ſi ponẽs rẽ ad incantũ,
ponat maius pretiũ q; valeat,vt volẽs rem
emere carius emat, incidit in crimẽ ſtel-
lionatus.Tex.eſt ſingularis ſecundũ lect.
Bar.in l.iij.§.item ſi quis.de crimine ſtel-
lionatus,& refert Lan.in ſuis ſingularib9
4 in litera p.no.lxv.Alex. † Quæro vtrũ
officialis ipſe obligetur ad vendendũ illi
b plus offerẽti. Hic vr̃ caſus ꝙ ſic [b].hoc in-
tellige verũ, ſi verba præconis hoc dicũt
ꝙ plus offerẽti dabit ſecundũ formã poſi-
tam hic in glo.& in aut.hoc ius porrectũ.
Sed ſi præco ſimpliciter diceret , quicũq;
velit emere,veniat ad offerendũ intra ta-
lem diẽ nec adijceret, & plus offerẽti da-
bitur:tunc nõ cogit dare plus offerẽti:qa
ad hoc ſe nõ adſtringit. poterit enim eſſe
quod hoc fuerit factum ad explorandum
valorẽ rei,magis q; ad vendendum:vt l.ſi
ſeruus.in prin.de condi.fur.quod not.&
ita caueas quãdo facis præconizare:quia
vno caſu cogit,alio nõ. Itẽ hoc intelligo
ſi fiſco expediebat dare plus offerẽti,poſ-
ſet em̃ eſſe qđ eius intereſſet dare minus
offerenti:qa offert faciliorẽ ſolutionẽ,vel
quia magis idoneus:vt l.eũ q.in fi.ff.de in
5 diẽ addict.& l.Sabinus.eo.tit. † Quæro,
vtrum poſt lapſum primũ terminũ poſſet
c fieri de nouo p̃coniũ [c],et dari alia dilatio.
glo.no.hic dicit ꝙ nõ vt l.ij.j.de loca.p̃di.
ciuili.li.xj.qđ puto verũ,ſi ĩ primo termi-
no aliquis obtulerat cui ius erat quæſitũ.
6 † Ex quo habes notare ꝙ iſti termini ex-
traiudiciales intelligunt perẽptorij,licet
hoc nõ adijciat, vt hic vides.& vide Inn.
in c.cũ à nobis.vltra mediũ.extra de ele.et
ꝓbat in l.Titia.§.vſuras.ff.de leg.ij.quod
no.ꝓ terminis q ſtatuunt in ĩterpellatio-
nib9 & ꝓteſtationib9, & ſimilib9 actibus
7 extraiudicialib9.Prædicta † vera,niſi eſſet
ꝑſona,per quã poſſit peti in integrũ reſti
tu.tũc em̃ poſſet ĩpetrare in integrũ reſti-
tu.vt maius tp̃s apponat in licitatione:vt
l.& ſi ſine.§.q̃ſitũ.ff.de mino. Scđo mõ
legit hæc lex,ꝙ tp̃s augmẽti fuit appoſitũ
ex ipſo cõtractu:& ſic fuit pactũ addictio
nis in diẽ.Hæc lec.vera eſt in ſe:tñ nõ ha-
bet dubitationẽ. Tertia lec.eſt, quòd hic
loqtur de tp̃e ſtatuto à lege,ſcilicet vigin
ti dierũ in reb9 fiſcalib9,ſicut in reb9 eccle
ſiarũ vt ĩ aut.hoc ius porrectũ.licet gl.hic
dubitet.tñ ſ.eo.l.j.ponit ꝓ cõſtãti ꝙ tenet
8 cõiter. † & ſcđm hoc ſi min9 tp̃s apponat
in p̃conio ĩtra xx.dies admittunt licitatores:qa officialis illud
tẽpus augere põt,minuere aũt non:vt l.iiij.§.cõdemnatũ.ff.de
9 re iud.dixi ſ.in prima lec. † Quæro,qd ſi ille qui primò obtu
lit minus,nunc velit offerre plus quã ſecũdus:an admittat ite-
rum:glo.dicit,ꝙ ſic.& bñ. Quæro,qd de fructib9 medio tp̃e
10 perceptis: Dic vt in gl. † Quæro,cũ in vẽditiõe rerũ ciuitatis
nõ ſit tp̃s ſtatutũ à lege:an ciuitas de hoc poſſit ꝓpriã legẽ fa-
cere: Dic ꝙ ſic,vt l.Lucius.in fi.ff.ad municip.& infra de vẽdi.
11 re.ciui.l.j.& ij.tangit hic in fi.j.gl. † Quæro,an cũ executores
vltimarũ volũtatũ vẽdãt,debeãt facere ſubhaſtatiões:an cũ vẽ
dunt res minoris:dixi de hoc plenè ĩ l.alio.ff.de ali.& ciba.le.

Additio. Et ꝙ in rebus minorũ locũ habeat ſubhaſta-
tio,videt ꝙ ſic,ĩ l.ait p̃tor.in pri.& ibi ꝑ Gul.
ff.de mino. Et ĩ quo differat pp̃s à fiſco ſi iſta ſolẽnitas nõ ĩter
ueniat.dic vt ibi ꝑ eũdẽ. Quæro an ĩ reb9 minoris alienãdis de
d beat fieri ſubhaſtatio. Videt ꝙ ſic [d]:qa Reſpub.& minor æq-
parant:ergo &c. Præterea in alienatiõe rei minoris debet eſſe
ſubſcriptio iudicis:vt l.ij.ſ.de aſſeſ.& gloſſ.ij.in l.j.ff.de offic.
☞ aſſeſ.Ange.☞ An quãdo vendit res minoris vel teſtatoris per

a ¶ Augere. Adde ꝙ circa hoc etiã poteſt eſſe rõ,prout ĩ ſimili dicit Bal.ĩ l.fi.col.j.ver.q̃-ro qd ſi dictũ ſ.q admit.vbi ꝙ qñ ſtatuit certus termin9 à iure ad aliqd faciẽdũ, talis termin9 nõ põt ꝓ-ueniri, ꝓrogari autẽ ſic. de quo aliqd per Old.in cõſ.ſuo lx.& ibi qñ iudex poſſit terminũ à iure datũ ꝓrogare,& vide &c. Pan.ĩ cle.ij.de appel. adde qđ qñ tp̃s nõ eſt taxatũ à lege, tũc debet à iudice taxari ei9 arbitrio.gl.eſt ĩ l.ſi cõ ſtãte.§.pe.ĩ ver. tp̃s.ff. ſolu.ma.& tex.& ibi Bar.ĩ l.j.§.ait p̃tor.in prin.ff.de iure deli.& gl.ĩ c.j.in verſic.ꝓ po nit de reſtit. ſpo.ĩ.vj.

b ¶ Quod ſic. Sed qd ĩ rebus eccleſiæ:dic ꝙ ſecus:qa debent tradi offerẽti iuſtũ pretiũ, licet alter plus obtulerit:vt d.gloſ.alle.in text. & Lu. Pom.in ſing.ſuis ſin.ĩci.vẽditio.verſi.ſcis ꝙ Reſp. & Bart. Cep.in trac. de contractu ſimula. in ij.præſum.& x.q. ij.per Archi.

c ¶ De nouo p̃coniũ, & dari alia dilatio. Adde ꝙ rõ vr̃,qa qui nõ facit ĩ tp̃e vr̃ poſt tẽpus ꝓhibitũ, vt eſt tex.ĩ l. Imperator.ff. de poſtu.& ponit ĩ ſimili Bar.in l.ſtatu liberũ.§.ſtichũ.ff.de le. ij.et in l.Titia.de act. & in l.ſi eadẽ.& ibi Gul.de Cu.& Sali.ſ. q acc.nõ poſſ.Bal.ĩ l. acce.q. xxj.ſ.de vſur. & no. Cano.ĩ c.cũ in tua.extra q ma.accu. non poſſ.& Card.in Cle. conſtit.§.j.q. vj. extra de elect.

d ¶ Quod ſic. Tu tñ vide Bald.in d.aut.hoc ius porrectũ.ſ.in tex, Alex.in ij.colũ.verſi. ſed hic q̃rit. vbi dic: non eſt neceſſaria, ſi bona fide fiat venditio.ſed vide Innoc.in c. dudum. in gloſſ.in ver.defenſore.de reb. eccle.non alie.

a ¶ Eſt. Adde Felin.in c.humanum.j.diſt.& Pau.de Ca. in cõſ.ccxlj.& Io. cal.in conſ. xxij.in tit.de præben.

b ¶ Totum ſoluit fiſco. Adde Bal.in l.j.in iiij. col.ſ. de hære.vel act. vend.eundẽ in l.j.ſ.de pri.fiſ.do.in l.de his.ſ. de epiſ.& cle.& Spe. i ti.de no.§.itẽ ſi fiſc⁹.

executores vltimarum voluntatũ fiat ſub haſtatio,adde Bal.in l.ordo.de execut.rei iudi. Quid de ſubhaſtatione rerum eccle. vide latè Ang. hæc idem cum duobus ſequẽtib.iij.coll. ĩ auẽ.de alie. & emph.Ale.

1 ☞ *Venditio facta à fiſco retractatur propter tributa, non ob aliam cauſam.*

2 *Minor qñ iuuetur contra venditionẽ rei ſuæ à fiſco factã*

3 *Emens res exbannitorum tenetur illas exbannitis reddere ex forma capitulorum pacis hoc dicentium.*

4 *Res priuati ob publicam utilitatem auferri poteſt.*

QVæcunque. Venditio facta à fiſco ſolenniter, non retractatur prętextu reſcripti vel minoris ætatis. h.d. Ad euidentiam quæro quid eſt dictum pro reliquis prodigorum. Dic vt in glo. Oppo.ꝙ poſsit reſcindi:vt l.prædijs.ff.de iure fiſ.Sol.dicit gl.ibi pro tributis:hic pro mala adminiſtratione,vel pro debito alio ex contractu,vel maleficio.Iſta ſolu.eſt obſcura. Quidam intelligũt quòd ibi pro tributis.ſ.non ſolutis facta fuit venditio:ideo poteſt reſcindi. Hæc expoſitio non valet, vt in l.proxima. & ibi
1 dicam. † Dic ergo ibi pro tributis, ſcilicet poteſt res vendi-
2 ta auocari,non pro alio debito.hoc dicã.j.l.prox. † Opponi. de l.fi.ſ.ſi aduer.fiſcũ.vbi minor iuuatur.Gl.ſoluit.tu dic lati⁹: Aut fiſcus vendit rem minoris vt ſuã:& iuuatur minor,vt lege contraria.Aut vendit vt ſibi obligatã pro tributis: & tunc aut minor vult reſtitui anteꝗ vendat ex eo, quia res incidit in cõmiſſum, & iuuatur minor : vt j.de fun. pa.l. ij. & l. Imperatores.ff.de pub.Aut vult reſtitui poſtꝗ res fuit vẽdita:& tũc ſi tutor vel curator interuenerit,nõ reſtituitur:vt hic.Aliàs ſecus.l. fi.ſ.ſi ob pu.pen.
3 † Vltimò facit hæc lex ꝙ illi qui emerunt à cõmuni Peruſij ſolenniter vendentes res exbannitorũ, nõ cogantur res emptas reddere exbannitis ex forma capitulorum pacis hoc dicentium:qđ probo. nam ſi nõ valet reſcriptũ Prin-
4 cipis,vt hic:multo minus ſtatutũ vel pactũ ciuitatis. † In contrarium eſt veritas.nã hic loquitur qñ Imperator reſcripſit propter vtilitates priuati impetrãtis tm̃.ſecus ſi propter publicam vtilitatem:tũc em̃ põt res priuatorum auferre, & eodẽ mõ ciuitas:vt ſ.de iur.fiſ.l.certa forma,& l.itẽ ſi verberatũ.§.j.ff.de rei ven.de euic.l.Lucius.& l.vẽditor.§.ſi cõſtat.ff.cõia prędio. ☞ Ratione publicæ vtilitatis poſſunt res priuatorum accipi per principem.adde Ang.in l.bene à zenone.de quadri.præſcrip. & quæ ſcripſi poſt Bartol.in l.ij.§.ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico.Alexand.

1 ☞ *Emens rem à priuato,uel fiſco ſolùm tenetur ad tributa.*

SI quis. Qui ſolenniter emit à fiſco, ſolùm ad pretiũ tenetur, & ob aliud debitum non conuenitur.h.d. Oppo.ff.de iure fiſ.l.prædijs. Quidam dicũt ꝙ hæc lex corrigit illã. Alij ꝙ ibi vẽdunt vt prædia tributaria: hic vt alia. Tu dic vt ſ.l.proxi. & dicam ſtatim in diſtinctione. Opp.de l.Imperatores.ff.de pub.& vec. Sol.ibi priuatus vẽdit priuato:hic fiſcus priuato,ſecundũ gl.quã tenet Dy. in l.cõtra
1 ria.vbi diſtinguit. Tu tñ plenius dic. † Qñꝗ priuatus vendit priuato:& tũc emptor põt pro tributis cõueniri,& reliquis:vt d.l.Imperatores.Aut per fiſcum cõceduntur priuato: & tũc qñꝗ cõceduntur per modũ cuiuſdã trãſlationis,nõ vẽditiõis:tũc nou⁹ poſſeſſor ad tributa non tenetur:vt j.de cenſib.l.fi.& de fun.rerũ priua.l.ij.Aut trãsfert fiſcus per modũ vẽditiõis: & tũc aut fiſcus vẽdit vt ſuã propriã:et emptor nullo mõ põt cõueniri:vt j. tit.iij.l.j.& l.bene à zenone.ſ.de quadri.præſcrip. Aut vendit eam vt alterius debitoris fiſcalis : & tũc aut vẽdit eã ꝑpter tributa non ſoluta : & emptor vlterius nõ tenetur,vt hac lege. Aut ꝑpter alia debita nõ ſoluta: & tũc aut conuenitur ꝑpter alia debita:& nõ tenetur,vt ſ.l.ꝑxi.Aut ꝑpter tributa:& tũc tenetur,vt l. prædij.ff.de iure fiſ. ☞ Not. hanc l.& adde ꝙ nõ ꝑcederet hæc lex in priuato emente à priuato,ſcđm gl.hic cui adde Bar.in l. licitatio.§.fiſcus.ff.de publ. & in §.mercatores. eadem l.Alex.

*De venditione rerum fiſcalium cum priua.communium.* *Rubrica.*

1 ☞ *Commune quod eſt meum eſt.*

2 *Fiſcus quòd poſsit totam rem etiam dimidiam uendere, quam habet cum alio communem,ſi ſibi ſit utilis.*

3 *Res obligata fiſco & alij,poteſt per fiſcum uendi.*

4 *Pœna quæ partim applicatur fiſco partim parti debet tota ſolui fiſco. Tamen ſi ſoluerit parti liberatur : nec fiſcus impedire poteſt.*

Lex vnica.

FOrma. Ratione partis fiſcus poteſt vendere totum.h.d. Vides hic quòd reſtituitur pretium pro parte eius, qui dominiũ partis habet.
1 † Opp.ſ.de cõmu.re.alie.l.j. & ij. Sol. Speciale eſt
a hic in fiſco:& ſic nota caſũ hic,vbi qđ cõe eſt,meũ eſt [a],etiã quo ad diſpoſitionẽ ſuꝑ toto.qđ dixi plenè in l. ſerui electiõe.§.j.ff. de le.j.Opp.ad fi.ꝙ imo debeat agi corã ꝓcuratore Cæſaris nõ corã iudice emptoris:vt l.iij.ſ.de iure fiſc. Sol.hic loquitur qñ tenuit vẽditio ita ꝙ fiſcus nõ tenetur.ibi aũt qñ venditio nõ tenuit: vel aliter qđ hic dicitur apud ſuũ iudicẽ. dic.i. apud procuratorẽ Cæſaris:vt l.iij.& l.fi.ſ.ſi aduer.fiſcum. Quæro quid ſi fiſcus nullã partẽ habeat in re,an valeat venditio. Dic vt in gl.qđ intellige niſi venderetur ob ceſſationẽ tributorũ:vt ſ.tit.j.per totũ.
2 † Quæro vtrũ hæc lex habeat locũ in oĩ re etiã diuidua. Glo. determinat ꝙ ſic. Tu dic ꝙ iſtud eſt hic permiſſum ꝑpter vtilitatẽ fiſci:vt l.ij.ſ.de cõmu.re.alie.& ibi gl. Aut ergo eſt vtilitas fiſci:quia maiori pretio vẽditur tota ꝗ pars:vt l.Mæuius.in fi.ff. fa.erciſ.& indiſtinctè totũ põt vẽdere fiſcus:aliàs ſecus:cũ nul-
3 la tunc fiſci verteretur vtilitas. † Quæro qđ in re obligata fiſco & alij. Reſpondeo,idem:vt l.res.§.j.de iure fiſ quæ eſt notabi-
4 lis ad hanc materiã. † Quæro,cui debeat ſolui pretium? Gl.
b dicit hic ꝙ totũ ſoluitur fiſco : [b] & fiſcus partem reddit priuato. quod nota pro ſtatutis dicentibus ꝙ de aliqua condemnatione medietatẽ habeat fiſcus, medietatẽ priuatus.totũ em̃ debet fiſco ſolui:& fiſcus ſoluit illi priuato:vt l.ſenatus.§.ſenat⁹. ff.de iu.fiſ.& ibi dixi.& d.l.res.§.j.qđ eſt vtile:qa fauorabilius fit executio qñ debet ſolui fiſco,ꝗ quando debet ſolui priuato vt ſ.tit.ij.l.pe.& ibi dixi. Fateor tñ ꝙ ſi qs ſolueret illi priuato, liberaretur : & fiſc⁹ hoc impedire nõ poſſet:vt d.l.res.§.j.facit.ff. de pac.l.ſi cũ emptore.in fi.de doli exce.l. apud Celſũ mãdaui Quærit glo.qua actione agitur cõtra fiſcum.dic vt in glo.Bar

Additio. De materia huius legis vide Bal. in glo in l.ij. C.de re.alie. & ibi inter alia dicit ꝙ fiſcus pri⁹ debet requirere ſociũ Alex. ☞ Quãdo dimidia condemnatio applicatur fiſco alia parti:tota debet ſolui fiſco.adde Bar.idem tenentẽ in l.diuus.§.ſenatus.de iure fiſ. & Sali. in l.etiã.C.ad l. falc.& Are.in l.eũ qui.§.in popularibus.de iureiurãdo. Alex.

*Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat.* *Rubrica.*

1 ☞ *Fiſcus non poteſt habere fidem de pretio.*

2 *Vnus officialis poteſt contra alium agere,& quando.infra nume.3.*

4 *Si abbas uendit rem alicuius conuentus ſibi ſubditi qñ poſsit talis uenditio reuocari.*

L E X I.

GRauiſsimum,&c. Rubrica continet ſummarium eius qđ dicitur in nigro:vnde venio ad caſum in terminis.
1 † Nota ꝙ fiſcus non põt habere fidem de pretio, vt hic dixi in l.j.ſ.de iure fiſ.& in gl.ſunt cõcor.& ſ.de fide in-
2 ſtru.& iure haſtæ fiſc.l.j.& l.ſi inſtrumẽta. † Item nota quòd vnus officialis põt agere cõtra aliũ.quod tene menti. Quæro qualiter fiſcus hãc rẽ vẽdidit. põt intelligi ꝙ vẽdidit eã vt propriã.qđ ſatis placet:vel vẽdidit eã vt alicuius debitoris:& tunc debet adhiberi diſtinctio,quã feci.ſ.tit.ij.l.fi. Quæro,qñ põt vnus officialis vẽdere rem pertinentẽ ad aliã ſtationẽ. Rñdeo, intellige ꝙ pertinebat ad ſuã,& etiã ad aliã ſtationẽ:quia viri q erat obligata:ſi em̃ nullo mõ ad ſuam ſtationẽ pertineret, non
3 valeret venditio:vt l.quęro.ff.de ſol. † Quæro vtrum hoc ſit verum indiſtinctè ꝙ vnus officialis põt agere cõtra alium, qñ ſunt diuerſæ ſtationes. dico ꝙ ſic in adminiſtratoribus publicis,vt in tutoribus.dic vt no.in l.inter tutores.ff.de admi.tuto. in procuratoribus dic vt l.qui proprio.§.fin.cũ l.ſeq.ff.de pro-
4 cu. † Vlterius gl.inducit hãc legẽ ad q̃ſtionẽ ꝙ ſi abbas vendidit rẽ vni⁹ cõuẽtus vel monaſterij ſibi ſubditi, quãꝗ ſit alterius ꝙ nõ poſsit illam rruocare. quod verũ intellige qñ illi duo conuentus erãt de menſa abbatis: tunc em̃ talis error nõ attenditur:quia idem iuris eſt,ſiue ſit vnius conuentus,ſiue alterius arg.l.qđ ſi dubitetur.ff.de acqui.hære.Sed ſi non eſſet de menſa:tunc



nõ poſſet vendere abbas ſine cõſenſu rectoris illius cõuentus ſibi ſubditi:vt extra,de rebus eccle.nõ alie.cap.j.in cle. & ideo ſi venderetur tanquã alterius: talis error vitiaret & nõ valeret.quod ſemper intellige ſi in venditione non fuit adhibita debita ſolennitas:aliàs ſecus.Barto.

*De his qui ex pub.ratio.mutu.pecu.acci.* *Rubri.*

L E X I.

SI quis. Qui accepit pecuniã mutuã ab officialibus fiſci, tenetur in quadruplũ. h.d. Quæro qua actione tenetur. Dicit gl.condictione ex lege iſta.vel in factum actione. Prima vera. Quæro vtrum in quadruplo inſit ſimplum.Reſpondeo ꝙ ſic, vt j.titu.j.Barto.

1 ☞ *Clam fieri dicitur id,quod fieri debet in præſentia iudicis uel alicuius,& non ſit. Item quicquid fit taliter,quòd in notitiam illius,cuius intereſt,deuenire non poteſt.*

2 *Commodauerit,quod accipiatur largè pro mutuauerit:& quomodo.*

L E X I I.

SCiant. Qui aurũ fiſcale mutuo ſumpſit ſine principis licẽtia, & qui dederit pœna hic inſerta tenetur.h.d. In text.ibi:ſub ſpecie publici creditoris. id eſt,tanꝗ creditor publicus. Opp.l.ſ.proxi.vbi imponitur minor pœna.Solu.Hic in auro:ibi in alia pecunia mutuata. & hæc vera.Fateor tñ in alia ſolutione glo.dicit verum quia in l. pręcedenti oritur actio ciuilis fiſco in hac l.oritur accuſatio criminalis.quod apparet:quia datur ad illud quod reſpicit merã vindictam,nõ ad vtilitatem burſæ fiſcalis. Quæro, dicitur hic occultè,quomodo debet intelligi occultè.dicit gloſ.ꝙ eo ipſo qđ fit ſine authoritate principis.Sed contra iſtud videtur l. nõ intelligitur.§.tacita.ff.de iure fiſc.vbi eo ipſo ꝙ interuenit cautio publica,nõ dicitur occultè geſtũ,nec clam. Sol.Ibi authori
1 tas ſuperioris nõ erat neceſſaria. † Et ſic habes ꝙ clam dicitur fieri,ꝙ nõ fit corã iudice:qđ eſt verũ,ſi eius præſentia requiratur. Simile ſi de cõſuetudine aliquid cõſueuit fieri publicè,vt matrimonia: & aliquid facere corã duobus teſtib⁹ diceretur fieri clã vt ff.de ritu nup.l.fi. Clam enim dicitur fieri qcquid taliter fit ꝙ non poſsit venire ad notitiã eius cuius intereſt,vt l.clã poſsidere.in prin.ff.de acquir.poſſ. ☞ In ver.quæro.dicitur hic occultè.qñ dicatur aliquid clam vel occultè factum . vide etiã per Bar.in l.fi.j.de prædijs curialiũ.& qđ magis puniatur, vide Bar.in l.ij.§.generaliter.ff.vi bo.rap.in ver.fi. vide Bar.in l.
2 ſi olei.C.loca.Alex. † Item nota diligenter tex.qui dicit cõmodauerit.& exponit gl.j.mutuauerit : & ſic impropriè.qđ, vtile eſt pro ſuſtinẽdis libellis vel teſtibus vel ſcripturis mercatorũ, qui proprio vocabulo non vtuntur.Bart.

Additio. Vide Ludo.de Ro.in l.j.in prin.ff.de ope.no.nũ.Itẽ hoc verũ intelligo in idiotis l.cũ antea. ſ.de arbi.& qđ not.in l.quoties.& in l.filiæ.ſ.fa.erciſ.ſecus in perito.facit qđ no.gl.in l.qđ nepotes.de teſta.tu.& in l.j.qui & aduer.quos.in l.ſtipulatio.§.hoc quoꝗ.de verb.obli.Alex.

*Pœnis fiſcalibus creditores præferri.* *Rubrica.*

1 ☞ *Pœna quadrupli habet in ſe ſimplum.*

2 *Fiſcus creditor ex delicto non præfertur creditoribus ex contractu : ſecus quando eſt creditor ex contractu.*

3 *Fiſcus in pœnis quòd non habeat tacitam hypothecam.*

L E X vnica.

1 REm ſuam. Rubrica continet ſummariũ nigri. † Not.ꝙ cũ dico pœnã quadrupli,ſimplũ intelligitur in quadruplo.facit l.ſi cum exceptione.§.ſi quis.& §.quadruplabitur.ff.qđ me. cau.& l.hoc edicto.§.fi.ff.de pu.& hoc eſt vtile ſcire ꝑpter ſta-
2 tuta.† Vos ſcitis ꝙ in cõtractibus fiſcus præfertur alijs creditoribus:quia ad debitorẽ peruenit pecunia publica fiſci : ſed à priuato priuata ꝑuenit pecunia.Sed ſi eſt debitor fiſci ex delicto,certè alijs eius creditoribus ex cõtractu fiſcus nõ præfertur, vt hac l.dicitur ☞.Adde in iſta materia quid ſi aliquis creditor habet domũ pignoratã illius cuius bona publicantur, an illa domus veniat in publicationẽ.Bart.in l.j.§.ſeruus.ff.ad Sylla. determinat ꝙ nõ:quia creditores præferuntur pœnis fiſcalibus, vt hic licet ille tex.faceret in contrarium.Et adde bonũ text.& ibi Bart.in l.res quæ.in §.j.ff.de iure fiſci.& hoc verũ,niſi ſummariũ ſibi ſatis fieri à fiſco:quia tunc bene
a veniret in publicationẽ,vt ibi.quod no.facit l.ſi ꝑ or.§.ſtichũ & §. ſi Titio.qui pot. in pig.habe.& l.quinta.de diſtrac.pigno.l.ſi ſeruus.C.de pign. de hac q.vide Areti.in ſua practica maleficiorũ.& in ver.& ei⁹ bona publicamus.in iij.col.Statutũ dicens ꝙ quis condemnetur in quadruplũ,intelligitur ꝙ in eo inſit ſimplum:vide Barto.in leg.iij.j.de nauicularijs.lib.xj.& Bal.in c.j.§.duo.de pace tenẽda.vbi allegat glo.in l.v.ad l.Iul.repetundarum.vide Bal.in l. cõtra negantẽ.C.ad l.Aquil.Alex. Opp.& vr ꝙ ille præferatur qui eſt prior tꝑe:vt l.ſi pignus.ff.qui pot.in pig.hab.Sol.hic loquitur qñ agitur perſonali actione,in qua inſpicitur cauſa,quę facit locũ priuilegio,nõ tempus : vt l.priuilegia.ff.de pri.cred. Sed in cõtrario loquitur qñ agitur hypothetaria.dic vt no.ꝑ Dy. ☞ in c.qui prior.extra,de reg.iur.lib.vj. ☞ Hic qñ agitur perſo
3 nali:hoc videtur cõtra legẽ in operis.ff.locati.Alexã. † Quęro ergo vtrũ in pœnis fiſcus habet tacitã hypothecã.gl.dicit ꝙ
a ſic. Contrariũ no.gl.d.l.in reſcriptum. [a] circa prin.ff. de pac. ff.de iur.aufertur.§.fiſcus.Dy.cõcordat iſtã gl.in l.qđ placuit. ff.de iur.fiſc.Cy.tangit in l.ſi quis poſthac.ſ. de bo.dã. Gul.de Cu.in d.l.ſcriptũ.Ego dixi in l.poſt cõtractũ.ff.de do.& d.l.aufertur.§.fiſcus.& tenuit ꝙ fiſcus nõ habeat tacitam hypothecã in pœnis.quod apparet:quia omnis alienatio facta poſt crimẽ commiſſum & ante ſententiam,poſſet retractari agendo hypothecaria:quod eſt contra dictam l. poſt contractum. Dic ergo ☞ de hoc vt ibi plenè dixi.Bart. ☞ Vide Bal.in l.ij.C.in quibus cauſis pignus taci.contrahatur.Alexan.

a ¶ In l.reſcriptum.vide plenè per do. Alex. de Imo.

*De fiſcalibus uſuris.* *Rubrica.*

1 ☞ *Vſuræ quòd non debeantur ob pœnam.*

2 *Vſuræ quòd non currant propter pœnam,licet ſic deducta in contractu ut ſors:ſi hoc probari poteſt.*

3 *Iudex quando condemnat,an poſsit adijcere in condemnatione pœnam quarti pluris ſi non ſoluerit intra decem dies.*

4 *Rectores ciuitatum hodie habent uim maiorum iudicum.*

5 *Pœna quarti pluris quod adijcitur in pœnam non ſoluentis intra terminum eſt pœna moræ,non delicti.*

L E X I.

EIus ſummæ. Ex mora pœnæ nõ accedũt vſuræ.h.d. Aduerte ad text. qui dicit:nec em̃ &c.
1 † Ex quo nota ꝙ ſiue debea-
2 tur ex lege,ſiue ex pacto vſuræ nõ veniunt. † Secundò no.ꝙ licet pœna ſit deducta in cõtractũ vt ſors:ſi tñ hoc põt ꝓbari qđ fuit hoc noĩe pœnæ, vſuræ nõ currunt, vt ibi ꝓ-
3 baturus es. † Tertiò nota arg.cõtra id quod faciunt rectores ciuitatũ hodie eorũ ſententijs cõdẽnatorijs : nam iubent condemnatis pœnas ſoluere intra decem dies ad pœnã quarti pluris,vt talis adiectio nõ valeat:vt colligitur ex hac l.cũ glo.ſua ſuper verbo,multam,poſſet dici ꝙ iſta gl.facit in contrarium.
4 † Nam rectores ciuitatis habent hodie vim maiorũ:vt no.in l. fin.C.de ſen.ex breui.recit.Et ſic apparet ꝙ poſſunt ipſi mulctare,dum tamen mulctando modum non excedant.Bar.

Ibi item not. quod ſub commodatum accipitur [illegible] ... Quem ſequitur in hoc Alex. in l.1. col.1. ff. ſi cert. pet. & Bart. Soci. ibi n.3. & Rip. ibi n.9. & Iaſ. n.4. [illegible] ibi n.13 & Butigel. n.2. declarat melius [illegible] ... col. & tenet Iaſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. § item ſi ſcrutatori n.16. ff. de [illegible]

Additio. Vide Bar.in l.j.in fi.ff.ſi quis ius dic.nõ obtẽ. quid aũt in caſibus criminalibus,vide Bal.in l.cũ iudex.C.de ſen.& inter.om.iudi.& latè per Inno.in l.ij.§. fi.ff.de pub.iu.& Bal.in l.programma.C.cõmi.vel epi.Ang.in ☞ repeti.l.ſi vacantia.C.de bo.vac.circa prin.Alex. ☞ De comminatione ſub pœna,vide Bal.Ang.& Imo.in l.ij.de publicis iud.& d.Alex.in l.j.ff.ſi quis ius di.nõ obtẽ. & per do.Marianũ in c.qualiter & qñ.in xiij.q. principali, in principio, extra, de accu.In ea.l.in ver.vltimò nota adiectio an ſit pœna delicti vel cõtumacij,vide Bart.in l.j.ad fi.ff.de in lit.iur. & Bart.in l. ideo.de cõpẽſati.& ꝑ Bal.in l.ij.de requi.reis. & in l.data.in x. col.qui accu.nõ poſ.& in l.& in multis.de appel.& per Bal.in
5 addi.Spec.in tit.de ſententia in xix.col.Alex. † Vltimò nota ꝙ illud quartum plus quod adijcitur in pœna non ſoluẽtis intra terminum non eſt pœna delicti primi: ſed pœna morę non ſoluendo,vt hic,& ff.de in lit.iur.l.j. Dixi plenè in l.ij.de pub. iud.quod tene menti.Bar.

L E X I I.

SI ſub pignore. Fiſcus,qui ſuccedit in locum priuati, vtitur iure priuati. Bartol.

a ¶Nõ requiritur pre-
ſentia aduocati. Adde
an talis abſentia ſit
iuſta cauſa dilationis
petendæ, Collectariũ
in c.præterea.nu.xxij.
& quod ibi poſui in
apoſt.ad ipſum in ver
ſicu.ad quærendũ ad-
uocatũ.extra de dila.
dixi poſt Iac. Rebuf.
in l.oẽs iudices.ſ prin.
in verſic.And.de Ba-
ru.j.de dela.iſto lib.

L E X III.

F Iſcum. Fiſcus nõ poteſt ſtipu
lari vſuras vltra legiti
mũ modum vſurarum: nec iam ab
alio ſtipulatus exigere.h.d.Bar.

*De ſententijs aduerſus fiſcum latis retra-*
*ctandis. Rubrica.*

1 ☞ *Fiſcus quando dicatur legitimè & rectè defenſus.*
2 *Sententia lata contra fiſcum eius aduocato abſente quan*
*do ſit nulla.*
3 *Fiſcus intra quadriẽnium per reſtitutionem in integrum*
*infringit ſententiam contra ſe latam ſi omiſſum fuit producere inſtrumentum pro*
*ſe faciens.*
4 *Priuatus ob inſtrumenta de nouo reperta, ſi probat ſe non habuiſſe facultatem pro-*
*ducendi illa inſtrumenta in illa cauſa poſt ſententiam intra quadriennium reſtitui*
*tur ex clauſula generali.*
5 *Sententia lata per pecuniam eſt ipſo iure nulla.*
6 *Sententia lata per gratiam uel ambitionem, quòd intra quadriennium poßit retracta*
*ri tam per fiſcum quàm per priuatum ex clauſula generali.*
7 *Pupillus & eccleſia retractant ſententiã ob inſtrumẽta de nouo reperta, ſicut fiſcus.*
8 *Quando ſententia reſcindatur à iudice ex eiſdem actis.*
9 *Inſtantia prima poteſt reſtaurari per reſtitutionem in integrum.*
10 *Fiſcus & Reſpublica in caſu huius legis quòd non agant contra eius procuratorem.*

L E X VNICA.

C Auſas. Hæc lex, quia breuis eſt, non ſummo
cam: nã ſi ſentẽtia lata eſt cõtra fiſcum
poteſt reuocari intra triennium, ſi nõ interuenerit
præuaricatio vel fraus. Si verò hoc interuenerit
☞ etiam poſt trienniũ: & hæc eſt bona & ſubtilis. ☞ Dicit Bal.
in l.j.in princ.in ij.col.C.de cõdi.indeb.ꝙ Bart.malè intellexit
1 hãc legẽ Alex. †Oppo.ff. de appel.l.illud.vbi fiſcus appellat
ſicut priuatus.Sol.Ibi fuit fiſc⁹ legitimè defenſus, & rectè. Le-
gitimè, qa interfuerũt legitimæ perſonæ in iudicio ꝓ fiſco. Re
ctè, ꝙ oĩa fuerũt pro fiſco ꝓducta in iudicio quæ produci debe
bant: & nulla fraus vel colluſio interuenit: hic verò ſecus. Pro
declaratiõe hui⁹ gl. diſtinguit no.nos aũt examinemus quod-
2 libet mẽbrũ per ſe per quæſtiones. †Quæro primò qd ſi ſnĩa
eſt lata cõtra fiſcũ abſente aduocato fiſci. Rñdet gl.ꝙ tũc ipſo
iure ſentẽtia eſt nulla: vt l.iiij.§.diu⁹.ff.de iur.fiſ.vbi de hoc ple
nior gl.& l.ſi fiſcus.eo.tit.& ſ.de aduo.fiſ.l.fi.& in hoc vtiẽ fi-
ſcus iure ſpeciali. dicit gl.quaſi dicat, in priuato nõ requiritur
a præſentia aduocati.[a] qd eſt verum: vt l.velamento.ſ.de poſtu.
& l.j. de rep.bono.poſſ.qd eſt verũ ſi ideo veniat contra ſnĩam
quia aduocatus nõ fuit.Sed ſi petijſſet terminũ ꝓ aduocato ha
bẽdo, & fuiſſet ſibi denegatũ: fuiſſet grauata pars: vt l.ait præ-
tor.in fi.ff.ex qui.cau.tũc ab ipſo grauamine bene potuiſſet ap
3 pellare. †Quæro, quid ſi fiſcus fuiſſet legitimè defenſus quo
ad perſonas, ſed omiſſum fuiſſet inſtrumẽtũ ꝓ ſe faciẽs ꝓduce
re, vtrũ ſentẽtia reſcindaẽ.Gl.dicit ꝙ ſic intra trienniũ iure ſpe
ciali ꝑ reſtitutionẽ in integrũ. & ita loquiẽ prima pars hui⁹ le-
gis, & l.Imperatores.ff.de re iud.& hoc eſt de iure ſpeciali: qa
ſecus eſt in priuato: vt l.ſub ſpecie.ſ.de re iudi.vbi eſt caſus: li-
cet videaẽ cõtra l.admonẽdi.ff. de iureiur.qd dic vt ibi. Ad-
uerte qd gl.dicit ĩtra triẽniũ.fateor ſm iſta tpa vbi erat hoc ſta
tutũ in fauorẽ fiſci cũ iure cõmuni eſſet ann⁹ vtilis. hodie verò
puto, ꝙ intra quadriẽniũ poſſit: vt l.fi.ſ.de tẽpo.in integ.reſti.
☞ pe. ☞ In ea.l.verſi. quæro qd.ibi, eſt annus vtilis hodie. Nota
& adde ꝙ hãc opi.ſequiẽ Pau.de ca.ſimpliciter in d.l. Impera-
tores.ſed Bal.hic, & Ia.But.in l.ſub ſpecie.ff.de re iudi.& Imo.
in d.l.Imperatores.tenent etiã hodie habere locũ diſtinctionẽ
huius legis: qa legũ correctio, &c.l.ꝑcipimus.C.de appel.vide
Bal.in d.l.ſub ſpecie.& in l.j.de cõdi.ind.vbi dicit Bar.nõ intel
4 lexiſſe hãc legẽ.dic vt ibi ꝑ eũ.Alex. †Itẽ illud qd dicit glo.ꝙ
priuatus nõ poſſet infringere.intellige ex hoc ſolo ꝙ dicat in-
ſtrumẽta eſſe de nouo repta: ſed ſi allegãdo ꝓbaret ꝙ in prima
cauſa nõ habuit facultatẽ ꝓducẽdorũ dictũ inſtrumẽtorũ: tũc
reſtitueretur etiã poſt ſnĩam ex clauſula generali, & intra qua
driẽniũ.Et ita tenet Inno.extra, de teſti.c.vltra tertiã. habet er
go priuatus hoc allegare, qd nõ habuit facultatem producẽdi
☞ in primo iudicio, qd in fiſco neceſſe nõ eſt. ☞ No. practicã ꝓ
priuato petẽte reſtitutionẽ aduerſus ſnĩam ꝓpter inſtrumenta
de nouo reperta.vide Bal.& Sali.in l.ſub prętextu.C. de trãſa.
& Cy.in l.cõſentaneũ.C.qũo & quãdo iudex.& Rapha.Cu-
ma.& Imo.in l.Imperatores.ff.de re iudi.aliàs de appel.& idẽ
voluit ibi Ang.& Gul.de cu.in l.de his.ff.de trãſac.adde Spe.
no.in ti.de execu.ſentẽtiæ.§.fi.ver.illud tamẽ.ꝙ litigator du-
bitãs ferri ſentẽtiam cõtra ſe, allegat ſe nõ poſſe producere in-
ſtrumẽta de iuribus ſuis: qa perdita, poſtea repertis inſtrumẽ-
5 tis poterit venire cõtra ſentẽtiã. †Quæro, qd ſi ſentẽtia eſt la
ta per corruptionẽ pecuniæ. Dico breuiter ꝙ tunc ſentẽtia eſt
nulla ipſo iure: vt l.vænales.ſ.quãdo prouo.nõ eſt ne.l.j.& ij.
ſ.de pœn.iudi.qui ma.iud.Et in hoc eſt idẽ in priuato & in fi-
☞ ſco, dicit gl.& bene. ☞ Vide Bar.in l.j.de condi.ob turpẽ cau
6 ſam.& in l.diuus.ff.de re iudi.Alexã. †Quid ſi præuaricatio
interuenit per gratiã, vel ambitionem? glo.mirabiliter dicit ꝙ
tunc poteſt retractari ſentẽtia per reſti.in integ.intra quadriẽ
nium, vt hic.& idẽ in priuato: vt l.ſeruo inuito.§.cũ prætor.ff.
ad Trebel.& ibi gl.hoc no.quod tene menti. Ego hoc in fiſco
intelligo verum ſimpliciter.in priuato autẽ ſi tẽpore latæ ſen-
Additio. Hoc nõ eſt verũ: nam omnis negatio eſt priuatio. ſed priuatio non cadit in aſpectu directo. Nã quod nõ eſt, nõ põt videri. Sed quid eſt quod cadit in aſpectũ? entitas, ꝑ quã entitatẽ cognoſcitur priuatio. ita hic intelligiť. Ideo eſt neceſſe: qa negatiua minimè poteſt probari, niſi ꝑ indirectũ de quo per Cano. in c. bonæ memoriæ. extra, de ele. pro prima tñ parte facit d. l. pediculis. §. Neratiꝰ. de aur. & arg. ☞ le. Ang. ☞ Negatiua qualiter probeť. Cy. Barto. in l. actor. de proba. Bald. in l. hoc amplius. de fideicõmiſ. & doc. in l. in illa ſtipulatione. in fi. de verb. oblig. in l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodũ teſt. aperi. & l. cũ quidã. cum l. ſeq. de leg. ij. & l. is põt. ff. de acqui. hære. per doc. in l. decem. ff. de ver. obli. & in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui. her. & ꝑ Ang. in §. hinc nobis. in auť. de here. & Fal. & per Bal. in l. cũ ij. §. j. ff. de traſac. & in l. j. §. hoc interdicto. de itinere actuꝗ priuato. & in §. ſi verò abſint. de hære. & Fal. col. j. Alex.

1 ☞ *Lex vel ſtatutum annullans contractum, quando intelligatur annullare ipſo iure uel ope exceptionis.*

LEX II.

Si quid. Annullat oĩa priuilegia concedẽtia remiſſionẽ canonis. h. d. Hæc lex poteſt intelligi vt annullet priuilegia in poſterũ concedenda, vel iam cõceſſa ſimpliciter: & tunc nihil noui addit, quia hoc habemus ſ. de præci. Imper. offe. l. nec dãnoſa fiſco. & ſi cõtra ius vel vti.
1 pub. l. ſi. †Secundo modo põt intelligi ꝙ annullet priuilegia cõceſſa in quibꝰ erat dictũ expreſſe, nõ obſtãte tali lege & tũc adijcit: quia aufert priuilegia his, quibus erant conceſſa. & aduertendũ: quia dicit nõ valeant. & intelligo ipſo iure. Contra qđ opp. ſ. de pręci. Impe. offe. l. vniuerſa. Sol. Qñꝗ dicit lex, nõ valeat ſimpliciter: & tunc intelligiť ipſo iure: vt hic, & ſ. de le. l. nõ dubiũ. Qñꝗ dicit ꝙ nõ valeat ſi in parte aliquid fuerit factũ vel cõmiſſum: & tũc intelligitur ope exceptiõis: vt d. l. vniuerſa. Vnde facit ꝙ vbi ſtatutũ dicit ꝙ ſi cõtrahẽtes nõ ſoluũt gabellã intra octo dies, cõtractus nõ valet, intelligitur ope exceptionis, ſicut dixi in l. ſi ita quis. §. ea. l. ff. de verb. obli.

1 ☞ *Priuilegium impetratum contra legem ut ualeat, debet dicere, non obſtante tali lege.*

LEX III.

Neminem. In lege præcedẽti prohibuit remiſsionem, nũc prohibet canonis mutationem. & h. d. Nullus põt poſtulare canonis mutationem & impetrata priuilegia à iudicibus nõ admittanť, & impetrantes in duplum puniant. & iudices qui canones in ꝓprios vſus cõuertunt, puniuntur. h. d. In tex. ibi, ad vſurpationẽ id eſt, cõ-
1 uertẽdo in proprios vſus. †Quæro, quid ſi hoc reſcriptũ fuit impetratũ. Rñ. nõ valet, niſi ſit dictũ, non obſtante lege tali. Et aduertẽdũ, ꝙ debet exprimi, nõ ob. l. quæ prohibet impetrari vel cõcedi. Itẽ oportet ꝙ in caſu iſto modo diſpẽſetur cõtra l. iſtã quæ prohibet iudices priuilegia ſic impetrata admittere, aliàs rectè iudex diceret, fateor priuilegium tuum valere, & te eſſe excuſatum in pœna impetrandi: ſed ego non poſſum iſta admittere, vel etiam audire vt hic. Itẽ no. hic ꝙ punit eos qui cõtrafacerent: qđ intelligo tam de hoc impetrate, quã de iudice ſuſcipiẽte. qđ tene menti.

*De frumento vrbis Conſtantinopolitanæ.* *Rubri.*

1 ☞ *Cariſtia quod creſcit ex mala adminiſtratione frumenti.*

2 *Priores habẽtes arbitrium ſuper abundantia, poſſunt ordinare in ciuitate quantũ frumentum poſsit uendi qualibet die & quolibet menſe.*

LEX I.

Nulli nec. Quod debet dari in pane, nõ debet ſolui i frumẽto. Itẽ ex inordinata adminiſtratione creſcit cariſtia. h. d. Ad euidẽtiã præmitte ꝙ Cõſtantinus ſtatuit certam quãtitatẽ frumẽti dandã comitibꝰ horreorũ, qui illã quãtitatẽ deberent dare piſtoribꝰ: & piſtores ex illa redderent panẽ coctũ, & neceſſariũ domui Principis, & quorundã aliorũ officialium publicorũ: quæ quãtitas fuit aucta ꝑ Theodoſium. hoc præmiſſo venio ad caſum. Quæro vtrũ domui Principis vel alteri domui publicæ, cui debet dari panis
b coctus, poſsit dari frumentũ.[b] Reſpõdet Imperator, & dicit ꝙ nõ: imò hoc prohibet. ſed præcipit dare panẽ coctũ, & ſic diſtribuť canonẽ præcipit Conſtantinus ſeruari canonẽ actũ ẽ Theodoſio. Huius ratio eſt quia ſi datur frumentũ, poteſt conuerti in aliũ vſum quã in panẽ, & ſic diſpergeretur, & cariſtia efficeretur: quia Reſpublica cogeretur emere frumentũ. quod ſi moderatè adminiſtraſſet, venderet. h. d. In tex. ibi: nulli. ſ. do-
1 mui aliquorũ officialiũ. Ibi: domibus vel noſtris publicis. †Nota ex mala adminiſtratione frumenti creſcit cariſtia. Ex hoc ha-
2 bes ꝙ Priores, qui habent † arbitriũ ſuper abundãtia, poſſunt huius nomine ponere ordinẽ qualiter & quo ordine in ciuita-
c te & quãtum frumentũ poſsit vẽdi[c] quolibet die vel quolibet menſe. Facit ff. de offi. præfe. vrb. l. j. §. cura carnis.

1 ☞ *Pecunia decreta pro habenda abundantia non poteſt minui nec in aliam cauſam conuerti.*

2 *Pecunia ordinata pro habenda abundantia, poteſt piſtoribus mutuari.*

3 *Lucrum aſſumit naturam capitalis.*

LEX II.

Auri ſtatuta. Quãtitas ſtatuta ad emptionẽ frumenti, nõ poteſt minui, nec ad alios vſus conuerti: & quod de ea fit, debet in publicũ librum ſcribi: cõtrafacientes puniuntur in duplum, & lucrum aſſumit
1 naturã ſortis. h. d. †Nota primò ꝙ ſi in aliqua ciuitate eſt ſtatuta certa quãtitas pecuniæ pro habenda abũdantia, ꝙ officialibus publicis nõ competit arbitrium minuendi illam vel conuertendi in aliam cauſam, vt hic dicitur in text. & hic titulus non ſolum habet locum in ciuitate Romana, ſed in qualibet ci-
2 uitate, vt hic no. in rub. †Secundò nota ꝙ licet non poſsit in aliũ vſum cõuerti: tamẽ poteſt piſtoribꝰ mutuari. Ad hoc opponitur. ſ. de his qui ad pub. horrea. l. ij. & ij. So. Nõ licet mutuare extraneæ perſonæ: ſed ſi mutuatur, & tendit ad expeditionem negotij, ꝓpter qđ erat ordinata pecunia poteſt fieri, vt hic mutuatur enim piſtoribus, qui fortè aliter ſe nõ poterant pręparare ad decoquẽdum panẽ, & ad alia neceſſaria facienda. Et ſic videtur caſus pro conſeruatoribus monetæ huius ciuitatis, qui habent pecuniã deputatã pro ſtipendio, vt poſsint ex cauſa militibus mutuare pecuniã, vt ſe armis, & equis ſuſcitent. Fa-
3 cit l. ad rem. & l. ad legatũ. ff. de procur. Vltimò nota † ꝙ lucrũ ſibi aſſumit naturã illam quã habet capitale. qđ facit ad multa & maximè ſi inter plures ſocios erat cõtracta ſocietas ad certũ tempus, ꝙ ſicut non debet minui capitale miſſum in ſocietate: ita nec de lucro. quod tamen mitto ſub dubio fortè.

a ¶ Per viſum. Adde Bar. in conſi. inci. coe lucignani. & d. Alex. de Imo. in conſil. xlij. iiij. parte. & Feli. in c. tertio loco. de prob. et aliqd in c. ſup his. de accuſa. viij. col. & qđ dixi in d. c. tertio loco in apo. Adde Iac. Rebuf. in l. ſi quis conſortium. nu. j. ſ. de fabri. co. lib.

b ¶ Poſſit dari frumentũ. Adde Anto. Cor. ſingu. ſuis in ver. frumẽtũ. qđ ſcipit, illud ꝙ debet ſolui in pane. vbi alleg. dictum Bar. hic: & hunc text.

c ¶ Vendi. Adde d. Iaſ. Mayn. in l. j. in ij. col. ſ. de lega. cũ cõcor. ibidem per eũ ſignatis. et Bar. i l. negotiatores. per illũ text. C. de epiſ. au. & Flo. in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarum. ff. de vſufru.

a ¶ Trãſmittat ad hæredes. Adde Imo.in l. diuortio.ff.ſol.matri. gl.& doc.in c.præſenti.extra de offic.ordi. lib.vj.& in c.ſtatutũ. §.aſſeſſorẽ.de reſcript. eo.libr.Arch.in c.conſuetudinẽ. in fi.de cle. nõ reſi.eo.lib. Car.in cle. gratiæ. nu. xij. & ibi no.ĩ apo.ad ipſum in ver.qđ clerici præciſe.de reſcri.in Cle.et dixi poſt Panor.in c, reprehẽſibilis.nu.viij, in ver. teſtari. extra, de appel.

b ¶ Senect⁹.Adde Ange.in authẽ.de queſtore.circa fi.col.vj.

*De annonis ciuilibus.* *Rubrica.*

1 ☞ *Vniuerſitas ſtudij non poteſt aliquid immutare in præiudicium conceſſionum factarum à communi doctoribus.*
2 *Salarium debitum officiali quãdo & quod debeatur eius hæredibus.*
3 *Clericus decedens poſt fructus perceptos, illos tranſmittit ad ſuos hæredes.*

L E X I.

ANnonas. Annonę ciuiles nõ dantur pro titulis in dignitate, ſed ꝓ meritis. h.d. Primò in tex.ibi: titulus.i.nõ dãtur ſalaria pro titulo dignitatis,vt puta quia doctor:ſed pro meritis, vt qa bene legit,& bene ſatisfacit illi officio, ad quod impoſitus eſt.Sequitur verſi. ideoq;,qui duobus modis legitur. Primo modo pone ꝙ doctores qui neſciũt legere habeant ſcholares: certè propter hoc non debent habere ſalarium. Secundo modo legitur,cum ſalarium ſit deputatum authoritate Principis,
1 non poterit illud mutari in nouũ ſtatũ,vel reuocari.† Et ſic nota per vniuerſitatem ſtudij Perusini non poteſt aliquid ſtatui in præiudicium pactorum & conceſsionum factarum à communi doctoribus. quod tene menti licet de facto te ſcholarem
2 tædeat.Sequitur ver.vt quicunq;.† Salaria debita tranſmittũtur ad hæredes.Poſſet etiam iſtud alijs concedi,quouis alienationis titulo.h.d.Iſtud intelligit glo.verum in ſalarijs temporis præteriti. Sed an decedens pro futuro tempore debeat habere ſalarium, ſi officium non compleuit, dixi plenè in l.j.§.
3 diuus.ff.de var.& extraor.cog.†Item gloſ.inducit ad argumẽtum,ſi clericus decedat poſt perceptos fructus prębendę, ꝙ il-
a los tranſmittat ad hæredes[a] ſuos,de quo extra de offi.ordi.in ☞ c.ſi.& ibi gl.lib.vj.dixi plenè in l.diuortio.ff. ſol.matri.☞Adde text.in c.relatum.de teſta.vbi vult ꝙ trãſeat ad ſucceſſores. & hæc eſt communis opinio do.in clerico beneficiato habẽte adminiſtrationẽ:in clerico verò ſimplici eſt maius dubium. ſecundum doc.ibi.Bald.& Sali.in auſ.licentiam.C.de epiſ.& clericis.& doc.in l.commodis.ff.de re iud.Alex.

1 ☞ *Ciues poſiti ſuper eleemoſynis,non debent illas extraneis pauperibus dare.*
2 *Epiſcopus,qui debet bona inter pauperes diſpenſare,non debet illa dare pauperibus extraneis.*

L E X II.

CEntum. Legitur duob⁹ modis.Primo de frumento inter milites. Secundo de diſtribuendo inter pauperes. & hoc magis placet, ꝑ l.priuilegia.
1 ſ.de ſac.ſan.eccle.& eſt clara hæc lect.†No.ꝙ dicit,ciuibus noſtris.argu.ꝙ officiales poſiti ſuper faciendis eleemoſynis publicis non debent hoc dare extraneis pauperibus. Sed poteſt intelligi quod hic dicit,ciuibus noſtris,etiam de omnibus qui ſunt ſub Imperio Romano.Barto.

Additio. Per Ioan.And.de inſtru.edi.§.nunc verò aliqua.ver.ſed an pauperes.Facit quod not.Bar. in l.quæ conditio.§.præterea.de condi.& demonſtra.Alexãd.
2 Facit† quòd epiſcopus,qui debet diſpenſare bona inter pauperes, non debet dare extraneis pauperibus ſuprà, de epiſ.& cle.l.nulli.

Additio. Adde ad hoc tex.in auſ.de eccle.ti.§. ſinautẽ. aliàs in §. ſi quis autem pro redemptione. & gloſ.ſingularis in §.pater.Inſti.de teſt.quæ hoc tenet.Alexan. ☞ ☞Bald.adde in l.ciuitatibus.de leg.j.Alex.

*De mendicantibus ualidis.* *Rubrica.*

1 ☞ *Bona,quæ debent inter pauperes mẽdicantes diſtribui,non poſſunt diſtribui inter mendicantes robuſtos.*
2 *Pauperas uerecundi,qui non publicè,ſed à quibuſdam clàm quærunt, non incidunt in hanc legem.*
3 *Mendicitas quando dicatur certa,& quando incerta.*
4 *Pauper mendicans,qui oſtendit membrum aliquod debilitatum,inſpici debet.*
5 *Sanitas uel infirmitas ex inſpectione corporis deprehenditur.*
6 *Senectus probatur ex aſpectu, ſicut minoritas.*
7 *Pater poteſt filio non laboranti, quando ſine uerecundia laborare poteſt alimenta denegare.*
8 *Fictè mendicans punitur ciuiliter:& pœna parti applicatur.*

L E X vnica.

CVnctis. Qui ſine neceſsitate publicè mendicant,poſſunt inſpici:& qui eos inſpexerit,& prodiderit,& eſſe probauerit,dñium eorũ cõſequitur,ſi ſunt ſerui,vel ius colonatus,ſi ſunt liberi,ſalua dominis actione ſerui corrupti.h.d. In tex.ibi:proditor,id eſt teſtator.oppo.ꝙ ſeruus debeat reddi domino,liber operi publico,vt in auſ.de quæſtore.per totũ.col.vj.Dicit glo.ꝙ quidã dicũt ꝙ hic corrigitur.Alij dicũt ꝙ ibi de his,qui in ſacra vrbe reperiuntur: hic de his,qui reperiuntur in alijs vrbibus.Dicũt,ibi de his qui mendicãt,& nihil aliud fingũt: hic de his qui mendicãt,& fingunt infirmitatẽ,apponẽdo herbam,vel aliud,propter quod infirmi videãtur.Tu dic ꝙ ibi loquitur de his,qui reperiuntur mẽdicare indebitè,ab officiali publico.hic de his qui deferuntur & conuincuntur à priuato.
1 Additio. †Hic eſt arg.ꝙ ſi teſtator inter pauperes mendicantes iuſsit diſtribui bona ſua,ꝙ illa bona nõ poſſunt diſtribui inter mendicãtes robuſtos: quoniam nõ videtur teſtator de eis ſenſiſſe:ſed ſolũ de languidis & debilibus.Pro hoc videtur dictũ glo.quoniã corrigi debet iniuſtè petens,nõ autem dari.v.q.nõ omnis lxxxij.diſtin.c.j.& in hoc glo.rubri.cum dare eleemoſynam iniuſtè petenti,non ſit
2 Deo acceptũ.Ang. †Quęro dicitur hic ꝙ in publicum quæſtum &c.Quid eſt dictũ? Dicit vt glo.Ex qua habes ꝙ pauperes verecundi qui publicè nõ quærũt,ſed à quibuſdã ſingularibus amicis,& clam,nõ incidunt in hãc conſtitutionẽ.Itẽ intelligo publicè,& palã ſine defectu,ſecundũ formã l.palã.ff.
3 de ritu nuptiarũ. †Quæro,hic dicit,incerta mẽdicitas.quid ſit hoc dictũ? Gloſ.hic dicit:quia ignoratur egeat vel ne.Pro cuius euidentia debetis ſcire ꝙ mendicitas quãdoq; eſt certa ex qualitate religionis,vt quia eſt de aliquo ordine mẽdicantium ab eccleſia approbato:aliàs nõ:vt in c.religionũ diuerſitates.extra de religio.domi.lib.vj.Quãdoq; eſt certa reſpectu cauſæ pro qua quæritur:vt ſunt iſti hoſpitalarij ſancti Spiritus,& ſimiles,qui vadunt per mundũ:iſti non admittuntur ſine literis diœceſani epiſcopi. de pœnitent. & remiſ.c.ij.in cle.Quandoque quis quærit pro ſeipſo:tunc mendicitas dicitur certa vicinis & nota ex vulgi opinione:vt l.vbi.& ibi notaſ ſuprà de iure dotium.Sed ſi vulgi opinio ſuper hoc nõ eſt,tunc
4 debet explorari.ita loquitur iſta lex. †Quæro, diciſ hic,inſpectis.à quo debẽt inſpici? Reſpondeo,vel ab officiali publico,vt in authen.de quæſtore.vel à priuata perſona,vt hic.qui talem vult in iudicio procedere.Ex quo nota ꝙ pauperẽ mendicantẽ,qui in aliquo oſtendit membrorũ debilitationẽ,poteſt quis inſpicere,& tangere,& illud videre an hoc ſit verũ.
5 Et etiã†nota ex hoc ꝙ ex inſpectione corporis poteſt cõprehendi ſanitas & infirmitas,ſicut ætas.Simile in quacunque re ſuſpecta.Nã poteſt perpendi an ſit vitioſa vel non:vt ſ.de canone frumen.vrbis Romæ.l.j. Rectè ergo teſtis qui deponit
6 de ſanitate alicuius: dicit ſic eſſe,quia vidit. †Nota ꝙ ſicut minor ætas poteſt probari ex aſpectu,vt l.minor vigintiquin-
b que annis ex aſpectu.ff.de minoribus.Ita ſimiliter ſenectus,[b]
7 vt hic.Itẽ hæc lex facit ad quæſtionẽ,†vtrum filio robuſto & ſano nihil operãti pater poſsit denegare alimẽta.Hic videtur ꝙ ſic:& etiã l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.ff.de liberis agnoſcen.quod intellige ſi ſecundũ cõditionẽ natalium operari nõ eſſet ſibi verecundũ.quis enim diceret ꝙ filio vnius hominis nobilis diuitis imponeretur neceſsitas laborandi terrã? Certè nullus,Nã non poſſumus,quod honeſtè non poſſumus:vt ff.de conditi.inſtitu.l.ſi filius.& l.nepos Proculo.ff.de verbo. ſignifica. Non obſtat hæc lex:quia maior verecundia eſt publicè mẽdicare,quàm laborare.& ideo robuſtus corpore,qui publicè quærit,ſine diſtinctione natalium cogitur laborare, poſtquam in tantam miſeriam eſt deſunctus. Non enim eſt ſibi turpe: ſed ſi alio modo poſſet viuere percipiendo alimenta à patre,non cogeretur laborare:vt ſuprà dixi.Ex his apparet ratio quare iſta lex non habeat locum in his,qui clàm men-
8 dicant. †Vltimò nota quòd tales, qui fingunt cauſas mendicitatis,puniuntur ciuiliter: quæ pœna parti applicatur.& ſic delinquit: & per conſequens puniri debet extra ordinem à rectore ciuitatis.

Denau



*De nautis Tyberinis.* *Rubrica.*

1 ☞ *Teſtis qui dicit,uidi Titium habere equum uel nauem,an probet dominium.*

L E X vnica.

QVi nauem. Quæro, quid ſi nauis inuenia tur extra alueum fluminis.Reſpõdeo,idem eſt.principium enim loquitur generaliter:licet in illatione aliqualiter ſe reſtringat. Quæro,quæ fuit ratio condendi hanc legem: nonne ſufficiebat titulus de naui.non excuſandis? Reſpon.quia in vrbe Romana erant multæ perſonæ priuilegiatæ quæ prætẽdebant immunitatem:ideo placuit principi de hoc principalem legẽ cõdere,vt magis timeatur. argumẽto l.item apud Labeonem.§.
1 hoc edictum.ff.de iniurijs. †Nota hic text.qui dicit viſus, ꝙ ſi teſtis dicat,vidi Titium equum vel nauem habere. quod nõ eſt priuatiuũ:cũ hoc videri poſsit.Cõtrarium videbatur: quia dominium non poteſt videri. ideo ſi teſtis dicat, vidi Titium dñm eſſe.nõ probare:cũ dñium nõ cadat in ſenſu:vt no.Inn.in c.cũ cauſam.de teſti. Vel dic ꝙ hoc nõ refertur ad dominium: ſed ad detentionẽ,& quãdoq; ad ſolam detentionem refertur. ☞Bart.☞Adde ꝙ dictum teſtis ſemper debet reddi ad ſenſum congruum:licet incongruè ipſe dicat.vide Bald.in rub.C.ſi ex fal.inſtru.Bar.in l.j.de pericu.nomina.Ange.in l.j.de præſcri. xxx.annorum.& in l.j.§.j.de his quæ in teſt.delen.& Bar.in l. j.§.hoc autem.de oper.no.nun.Alexand.

*De frumento Alexandrino.* *Rubrica.*

L E X I.

IN æſtimatione. Primò confirmat ſalarium qđ prefectus Oriẽtis ſtatuerat quibuſdã officialibus poſitis ad cõgregandũ frumẽtũ ad ciuitatẽ Alexandrinã & ad tuẽdam ſubſtantiã nauiculariorũ,quæ erat obnoxia Reipublicæ: vt ſ.de præct.na.per totũ.Secundo prohibet ad aliud officium vocari decuriones: ſed illos officiales præcipit eligi ꝓuiſione præfecti.Secunda incipit ibi:atq;. In tex.ibi:in æſtimatione. id eſt ſm æſtimationẽ ſeu quãtitatem.cohibetur,id eſt adiuuatur.munere, id eſt ſalario ei ſtatuto ſm quantitatem frumenti quod coadunabatur,vt in princi.dixi. Nota pro ſtatutis quæ dicunt ſalarium alicui officiali ſtatui ſecundũ quantitatem eorum quæ venire fecerunt in communi. Ex ſecunda parte nota argu.pro ſtatutis quæ prohibent nobiles aduocari, & ſimiles à quibuſdam officijs publicis.Bart.

1 ☞ *Menſuræ debent ſignari ſignis publicis.*
2 *Effectus quòd caſſetur nomine caſſato.*

L E X II.

DIurnos Primò addit certam quãtitatem frumenti pro quolibet die pro alimentis Alexãdrinæ ciuitatis.Secundò reuocat nomen cuiuſdam officij. Tertiò dicit habendas eſſe quaſdam menſuras quæ vocantur teſſeræ,& eas iubet ſignari,& ſuo nomine nũcupari.h.d.Secũda incipit ibi:& periſcho.Tertia ibi:& teſſeræ. In text.ibi:alimonijs.i.vt de publico vendatur quolibet die in ciuitate volẽtibus emere ꝓ ſuis alimonijs. Vel dic vt de publico detur pauperibus illius ciuitatis:vt ſ.titu.iij.l.ſi. In tex.ibi:deſignetur.i.
1 ſignum publicum eis imprimatur.† Et ſic nota pro eo quod fit quotidie in ciuitatibus,vbi menſuræ ſignis publicis conſignã-
2 tur. †Nota ꝙ caſſato nomine caſſatur effectus. & ideo ſi per ſtatutum caſſantur nomina officialium guerræ, incõtinẽti intelliguntur ipſi officiales caſſati quod not.Barto.

*De Alexandriæ primatibus.* *Rubrica.*

1 ☞ *Quod ſit melius, eſſe ciuem mediocrem unius nobilis & honorabilis ciuitatis, quàm maiorem ciuem unius mediocris ciuitatis.*
2 *Popularis unius nobilis ciuitatis plus debet honorari, quàm magni ciues mediocris ciuitatis.*

L E X vnica.

COrporatos Tria dicit. Primo decurionibus Alexãdrinis concedit immunitatem purgandi fluminis Nili. Secundo pro illo munere concedit poſſe aſſumi de munere vectigali pertinẽti ad imperium certam quantitatem. Tertio iubet ꝙ illud, qđ inde minuitur ex vectigali nauium repleatur. Secunda incipit ibi:& pro tenore. Tertia ibi:vt ex tit.In tex.ibi:præconio dare pro purgando Nilo. Quærit gloſ.qui dicuntur corporati ciuitatis.Dic vt in ea.& quidam exponunt, i. decuriones, vt patet ex rubrica,quæ dicit primatibus.Alij dicunt de quolibet ciue, qui omnes ſunt primates,ſ.aliarum ciuitatum.Primã expoſitio
1 nem tenet Dy. †Ex ſecunda nota quòd melius eſt quẽ eſſe mediocrem vnius nobilis ciuitatis & honorabilis,quã eſſe maiorem ciuem vnius mediocris ciuitatis.
2 Et† ſic facit ꝓ popularibus iſtius nobilis ciuitatis, quibus debeant honorari quàm alij magni alterius ciuitatis.

a ¶ Reſtituitur. Adde Bu.in c.j.de reſti.in inte. & Spec.de legato. §.vj.ver.x.ad fi.

b ¶ An ſufficiat citare ſyndicum. Adde iſtũ in l. municipibus. de condi.et demon.& in l.fi.ff.qđ cuiuſq; vni. Bal.in authẽ.ſed cum teſtator.colũ.j. ad fi.ſ. ad leg.fal.et in c.j.col, vij.verſic.an vniuerſitas.in titu.de mil.vaſal. qui contu.eſt.in vſi.feu.

Additio. Et nota bene & ſequitur Lud.in l.ſi vero §.de viro.ſolu.matri.in xj.fallen.primæ partis licet gl.in l.j.ĩ.de colo.palę.dicat ꝙ nat⁹ in terra in qua Chriſtus eſt natus,expreſsè nõ gaudeat priuilegio potiori.Alexã. Quæro quid profuit huic ciuitati, ſi princeps promiſit quòd de nouo vectigal tollatur, ſi de alio debet reddi. Reſpondeo, multum: quia illud vectigal erat magnum,& ſemper ibi reperiebatur pecunia: vnde poſſet aſſumi tempore debito: ſed aliud erat vectigal paruum. Conſequitur ergo Reſpub. quoddam mutuum reddendum de pecunia habita ex alio vectigali. facit.ff.de verb.oblig.l.ſi pœnam.& de lega.j.l.ſi ſeruus legatus. §.fina.Bald.

*De iure Reipublicæ.* *Rubrica.*

1 ☞ *Reſpublica quomodo accipiatur.*

Quærit glo.rubri.de qua Republica loquatur hic.Reſpon-
1 deo de Repub.aliarum ciuitatum q; ciuitatis Romæ. †Quęro etiam quomodo accipiatur Reſpub.Gloſ.ponit in corpore de hæredibus & fal.in prin.dixi ſ.de iure fiſ.ſuper rubrica circa[l] fi.Gloſ.dicit ꝙ ſunt quædam ciuitates in Lombardia,quæ habent merum & miſtum imperium ex conſtitutione Federici,de pace Conſtan.de qua in corpore in auſ.de defen.ciui.§. iuſiurandum.in fi.magnæ gloſſæ.

1 ☞ *Sententia data contra ciuitatem quando teneat, & ſit contra Rempublicam.*
2 *Citare Rempublicam quando quis uult,an ſufficiat citare ſyndicũ. Contumacia ſyndici non nocet Reipublicæ.*
3 *Ciuitas uel Reſpublica qualiter citetur.*
*Dominus citatur in prima citatione.*
4 *Qui uult agere contra ciuitatem,poteſt petere ut ciuitas conſtituat ſyndicum.*
5 *Iudicium agitatum contra ciuitatem quæ requiſita eſt ut defenſorem conſtitueret: ſi non conſtituat,tenet.*

L E X I.

SI quid aduerſus. Opp.ff. quod cuiuſq; vniuer.l.j. §.quib⁹. &
1 l.ciuitates.† Huius timore glo.diſtinguit tres caſus.Quãdoq; contra ciuitatem indefenſam peruenitur ad diffinitiuã:& tũc eſt ipſo iure nulla,vt hic.ſicut in minore:vt l.cũ & minores.ſ.ſi aduer.rem iudi.Qñq; peruenitur ad interlocutoriã:& tunc valet, vt in contrario. Aduertẽdum tamen eſt:quia ĩ.eo.l.Rẽpublicã.dicitur ꝙ ęquiparaſ pupillo. Differt tñ in hoc:quia licet cõtra pupillũ nõ ꝑueniatur ad ſm decretũ,vt l.apud Iulia.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.tñ contra ciuitatẽ poterit interponi:ideo quia pupillus ſperatur fieri maior, ſed ciuitas nũquã. ar.l.iiij.§.ſi.de tute.& ra.diſt.de quo per gl. in l.j.§.quibus.ff.qđ cuiuſq; vni.no.Qñq; reſpublica plenè de-
a fenditur:& tũc valet,ſentẽtia,ſed reſtituiſ[a] ſi eſt læſa:vt ĩ.eo.l.
2 Rempublicã.& de officio eius qui vicẽ alteri⁹ gerit.l.j. †Sed extra gl.quero qñ quis vult citare Remplicã,an ſufficiat citare
b ſyndicũ.[b] Videſ ꝙ ſic:vt l.aut q aliſ.§.j.ff.qđ vi aut clã.cõtrariũ no.& bene in l.nõ poteſt dolo carere.ff.de reg.iur.qđ intellige verum,ſi ſyndicus citatus nõ comparuerit:eius enim cõtumacia nõ nocet Reipublicæ,vt ibi dicitur.ſed ſi cõparuerit & litigauerit,valet ſententia,vt ſ.dictum eſt.& ff.quod cuiuſque
3 vni.no.per totum illum tit. †Quærit ergo qualiter citabitur ciuitas,vel Reſpublica. Reſpon.citando eos, qui regunt ciuitatem,vt ff.de cõdi.& demõ.l.municipibus.& no.plenè extra de cõceſ.prębẽ.c.ſi.li.vj.Et prędicta intelligo vera in prima citatione veniẽdi ad cauſam.poſtquã verò ab initio ciuitas miſit

a ¶ Ciuitate. Adde Bal.in l.iij.C.ad Tre. & in l.quãquã.in fi. C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti. profe.

ſyndicũ,videt̃ velle per illũ,nõ ꝑ ſe,in iudicio litigare:vt l.j.§.vſus.ff.de ꝓcu.ideo ipſa nõ eit ampli⁹ citãda,ſed ipſe ſyndic⁹. Pro quo facit extra de dolo & contu. c. cauſam quæ.& ibi no.ꝑ gl.quæ ĩcipit,no. ☞ꝙ citandus, &c.☞ Adde quæ habẽtur in l.eũ qui ædes.C. de procura.& Ang.in aut̃.de exhibẽ.reis.in §.j.in j.col. Alex.Nã dicit ꝙ debet citari dñs in prima citatione,nõ procurator:vt ☞ ff.ſi qs ius di.non obtẽ.l.j.§.ſi ꝓcurator.☞ Bar.in l.nõ põt qs dolo carere.ff.de reg.iur.gl.in c.bonę memoriæ.de elec.Et qd in collegio & vniuerſitatę.dicit Bal.ĩ c.j.de mili.vaſal. vbi dr̃, ſufficere citare maiorẽ de vniuerſitate.& idem Arch.xliiij. d. 4 c.comeſſationes. Ro.in litera e.no. xxxviij.Alex. † Nota ꝙ ſicut quando agitur contra pupillum, poteſt petere creditor vt conſtituatur,tutor:vt l.iij.§.fi.ff. qui pe.tu.ita quãdo agitur contra ciuitatem,poteſt petere actor vt cõſtituatur ſyndicus, vt hic:& imputabitur actori ſi non petierit.quod nota.

Additio. Adde l.iiij.§.ſi ſub cõditione.ver.creditorib⁹ de fideicõmiſ.li.& per Ia.de Are.& Bar.Ale.

Sed quid ſi petitũ eſt vt ciuitas conſtitueret defenſorẽ, & nõ conſtitutus eſt: Rñdeo, ꝙ tenet iudicium. Et eſt ratio:qa niſi hoc diceremus,eſſet in poteſtate ciuitatis an deberet:quia nũquam cõſtitueret ſyndicũ vel procuratorẽ: quod eſſet abſurdũ,vt ſit in poteſtate debitoris an debeat:vt l.j. ff. de eo quod cer.loco.& probatur hic à cõtrario ſenſu. & ideo ſi agens contra ciuitatẽ petijt defenſorem ſibi cõſtitui,& nõ fuit conſtitutus:nõ curet,ſed agat & faciat ferri ſententiã,& valebit.Sed ſi dicas, quare nõ eſt idẽ in minore:ſed eſt neceſſe ꝙ cõſtituatur defenſor.Dic quia eo inuito poteſt defenſor conſtitui.l.q habet.ff.de tute.ſed non ciuitate inuita.quod eſt valde not. Bar. ☞ ☞ Vide Iaco.de Are.& Bald.in l.ergo.§.creditoribus.de fideicõmiſſ.liber. vbi dicitur ꝙ vniuerſitas põt cogi vt conſtituat procuratorem.& Bar.in l.ſolent.de adi.& ci.leg.Alexan.

1 ☞ *Ciuitas an habeat tacitam hypothecam.*

LEX II.

AN Reſpublica. Reſpublica non habet tacitam hypothecam,niſi ex ſpeciali priuilegio vel pacto.h.d. Op.ff.de priuile.cre.l.in bonis.§.reſpublica.Solu.gl.duobus modis.Primo ibi loquitur in priuilegio circa perſonalem actionem. Secundo ibi loquitur in Repub.Romanorum:hic alterius ciuitatis.Iſta eſt vera,& probatur.ff.ad muni.l.fin.

Additio. Adde glo.& Bar.in l.ij.C.in quib.cau.pig. ta. contraha.& latè per glo.& Bar.in l.ij.s̃.de priui.fiſ.Alexand.

Additio. † Nota ꝙ licet fiſcus habeat priuilegiũ tacitæ hypothecę,vt in toto titu.de priui.fiſ.& de con.fi.debi.l.ij.cum ſi.tamen ciuitas nunquam habet priuilegiũ in perſonali alijs creditoribus chirographarijs exiſtentib⁹ vt in d.l.in bonis.fallit in ciuitate Romana,vt hic.Ang.

1 ☞ *Reſpublica habetur loco pupilli non adulti.*
2 *Hæc lex habet locum in qualibet ciuitate.*
3 *Reſpublica reſtituitur vſq; ad quadriennium.*
4 *Reſpublica in quibus non habeatur loco pupilli.*

1
2
REmpublicam. † No.ꝙ Reſpublica habetur loco pupilli,nõ adulti. †Quęrit gl.de qua Repub.loquitur. Et dicit gl.ꝙ de quali-
a bet ciuitate.[a] quod mihi placet:licet Pe.contra vt recitat Cy. in l.j.C.ex q.cau.ma.Rõ:quia edictũ prætoris ſubuenit omnibus q propter ætatẽ vel aliã cauſam legitimã ſe tueri nõ poſſunt:ſed neceſſe eſt ꝙ regãtur per alios.lex enim ſubuenit abſentibus,furioſis,& ſimi.vt ff.de mi.l.j.& ex qui.cau.ma.l.j. & ideo ponit̃ ibi illa clauſula gñalis,ſi qua mihi iuſta cã &c. Facit l.Marcellus.ff.de fideiuſ.ſed Reſpublica regit̃ ꝑ alios, &c.
3 † Quærit gl.vſque ad qd̃ tp̃s reſtituatur Reſpu.& videt̃ tenere ꝙ vſque ad quatuor annos.Non enim in ea poteſt expectari tempus maioris ætatis: qd̃ eſt hodie expreſſum extra de
4 in integr.reſti.c.j.libr.vj. † No.ꝙ in quibuſdam Reſpublica nõ hr̃ loco pupilli.primò in manumiſſiõe ſeruorũ,q nõ pñt munumitti à minore xx.annis,ſed à Repu.ſic.s̃.de ſer.Reipu. ꝑ totũ.& ff.de ſer.ad ci.perti.l.j.Itẽ etiã quo ad ſecundum decretum,vt dixi in l.j.s̃.eo. Itẽ quo ad venditionẽ immobilium poteſt etiam ciuitas vendere ſi debitum nõ ſubſit,vt j.ti.ij.l.fi.

1 ☞ *Dominium rei meæ an per ſtatutum ex cauſa tolli poßit.*

SI ſecundum. Quod ciuitas facit per ſua ſtatuta nõ reuocatur per præſidẽ.h.d. Duobus modis legitur.Primo qd̃ dicatur ſecundũ le.i. ☞ per priuilegium,& nõ eſt dubium.☞ Hoc verum dicit Bar.in ſtatuto generali.ſecus ſi fieret ſtatutũ contra aliquos ſpãliter, alle.l.nemo.C.de iudi.& doc.in l.ij.de epiſ.vide & Bar.in ꝓœmio Digeſtorum, circa ij.col.& in l.fi.ſi cõtra ius vel vtili.pub. Alex.Secundo vt dicamus,ſecundũ legem, id eſt ſecundũ cõ-
1 ſuetudinem vel ſtatutum.& iſta eſt bona. †Ex qua not.ꝙ per ſtatutum poteſt ex cauſa auferri alicui dominium rei ſuæ:vt l.venditor.§.ſi conſtat.ff.cõmunia prędio.Dixi in repetitione l.omnes populi.facit quia ab eo quod cõtinetur in ſtatuto,nõ poteſt appellari.dixi in d.l.omnes populi & ff.de appel.re.l.fi. dixi in l.ſi qua.ff.de verb.ſigni.& tangit glo.ff. de origine iur. ☞ l.ij.§.deinde.☞ Vide per Bald.in l.quiſquis.C.quorũ ap.non recipi.& in l.iudicibus.de app.& in l.j.§. ſimiliq; modo.C.de Latin.liber.tollen.Ange.in l.ij.quod quiſq; iuris. per Canoniſtas in c.cum omnes.de conſti.Alexand.

*De adminiſtratione rerum publicarum. Rubrica.*

1 ☞ *Priores ciuitatum poſſunt eligere officiales, qui regant ciuitatem, & eius negotia exerceant.*

1 Nota ex fin.gloſſæ rubricæ† ꝙ priores, per quos ciuitas regitur,poſſunt eligere officiales,qui ciuitatem regant,& negotia Reipublicæ adminiſtrent.Facit l.ij.ff.ad munici. Tetigi in l.obſeruare.s̃.de decu.

1 ☞ *Ciuitas non poteſt auferre gabellam emptori fructuum eius ſi pretium tempore ſtatuto ſoluit.*

LEX I.

FVndum. Conductor expelli nõ debet à conductione, donec vectigal ſoluit.h.
1 d. †No.iſtam legem poſtquã ciuitas vendidit fructus alicuius gabellæ, non poteſt auferre ſi emptor ſoluit pretium tempore ſtatuto.Pro quo caſus in l.quod ſemel ff.de decre.ab or.fa.Facit l.Cæſar.ff.de publicanis.

LEX II.

COntra. Si officialis eſt negligens in exigẽdo cautionem de legato vel fideicommiſſo præſtando,tenetur ad intereſſe.hoc dicit.

*De uendendis rebus ciuitatis. Rubrica.*

1 ☞ *Emptor emens à ciuitate,quòd debet probare pretium uerſum in utilitatem eius.*
2 *Et quid in emptore rerum fiſci.*

LEX I.

SI ſine. Venditio pura & perfecta nõ debet à Repub.reuocari,licet per alium maius pretium offeratur.h.d. In text.ibi:propriam legẽ,id eſt proprium priuilegium vel ſtatutum: vt ff. ad muni. l.libertus.§.fi. Quærit gl.quæ ſunt iſta tẽpora adiectionibus inſtituta. Dic vt dixi in l.j. & l.ſi tẽpora. & l. facultas.s̃.de fide
1 inſtru.& iu.ha.fiſ. †Nota hic glo.ꝙ fiſcus habet hoc pluſquã ciuitas:quia emptor à ciuitate grauatur pluſquã ille, qui emit à fiſco. Debet enim emptor ciuitatis ꝓbare pecuniã in vtilitatẽ ciuitatis eſſe cõuerſam:ſed in emptore fiſci ſufficit ſola confeſſio.vt in glo.Idẽ tene j̃.eo.l.fi.in fi.Primũ qd̃ dicit ꝙ emptor ciuitatis habet ꝓbare pecuniã cõuerſam in vtilitatẽ ciuitatis, nõ vr̃ verũ.Nam aut̃.hoc ius porrectũ loquitur in creditore in quo eſt ſpeciale,vt ibi per doc.& Cy.C.ſi aduer.cre.l.j.ff. ſi cer. pe.l.ciuitas.& ꝑ Inn.extra,de depo.c.j. Itẽ ſm̃ qd̃ dicit ꝙ ſufficit confeſsio,videt̃ cõtra l.ſi procurator.§.j.qd̃ ibi no.ff.de iure
2 fiſ.& no.per doc.in l.inciuile.s̃. de rei vẽ.Dic †ergo ꝙ gl.intelligit confeſsionẽ,i. apochã,in qua cõtinebatur eſſe ſolutũ,vt s̃. de apo.pub.l.j.quaſi dicat,hoc ſufficit: nec eſt neceſſe ꝙ probetur eſſe verſum in vtilitatem fiſci.hoc tene menti.Bart.

LEX II.

QVamuis. Locatio perfecta non reuocatur: licet alius maiorem penſionem offerat.h.d. Quæro vtrum quãdo fit locatio rerũ ciuitatis debeat præcedere ſubhaſtatio. Dic vt in gloſ.quod not.bene. Barto. ☞ ☞ Adde ꝙ ſi facta locatione ego offero tantũ quantum nouus conductor:an ſim præferendus? Dic ꝙ ſic.Text.eſt in l.pen.& ibi Bar.de locati.fund.ciuilium,aliàs fiſcalium.Alex.



1 ☞ *Annui reditus & mobilia ciuitatis,quæ ſeruari poſſunt,alienantur eadem ſolennitate qua & immobilia.*
2 *Immobilia ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem,alienari poſſunt cum authoritate eius conſilij.*
3 *Obligari quando quis dicatur uirtute iuramenti præſtiti de præterito.*
4 *Ciuitas alienãdo rẽ immobilẽ an poßit renunciare ſolennitati huius legis et quomodo.*
5 *Nomina ſingulorũ cõſtituẽtiũ ſyndicũ an debeãt ſingulariter noĩari in cõſtitutione.*

LEX III.

SI quæ hæreditatis. Immobilia ciuitatis,& mobilia quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt,pro vtilitatibus ciuitatis permittũtur alienari authoritate Principis,in vtraq; Roma:in alijs vrbibus authoritate præſidis,& conſenſu cuiuslibet poſſeſſoris. hoc dicit. Primo præmittit alienationẽ.Secũdo ponit modũ alienãdi in vtraq; Roma.Tertio ponit modũ alienandi in ꝓuincijs.Secũda ibi:indefenſa.Tertia ibi:in prouincijs. Ex pri-
1 ma parte no.† ꝙ res immobiles ciuitatis,& etiã annui redit⁹, & etiã bona mobilia,quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt,debẽt alienari eadẽ ſolẽnitate. & quod dico de mobilib⁹, collige ex eo qd̃ dicitur mancipia.facit l.lex quæ tutores. de admi.tu. Et ſic alia quæ ſeruando ſeruari nõ pñt, alienari pñt ſine decreto ad ſimilitudinẽ tutorũ vt d.l.lex quæ tutores. Quærit gl.ſi ci-
2 uitas egerit vt qs iuret de calũnia.dic vt in ea. † Nota ex ſecunda parte ꝙ in vtraq; Roma requiritur authoritas imperialis in vẽditione.Et per hoc dico ꝙ in ciuitatibus quæ in tẽporalibus non cognoſcũt ſuperiorẽ,vt eſt ciuitas Peruſina,& ſic populus eſt liber:vt no.in l.hoſtes.ff.de cap.ꝙ venditio rerum immobilium poſsit fieri authoritate eius conſilij, apud quod eſt omnis poteſtas. Illud enim vicem Imperatoris gerit in ciuitate illa. Nota circa tertiam partem ꝙ illa ſolennitas habet locũ tm̃ in ciuitatibus,quæ ſunt ſub aliquo præſide,non in ci- ☞ uitatibus liberis,vt s̃.dixi.☞ Adde Bar.in l.prohibere.§.plane.quod vi aut clã.& in l.ibi, ne quid in loco publico. vbi dicit ꝙ in ciuitatib⁹ recognoſcẽtibus ſuꝑiorẽ eſt cõſiliũ ꝙ ciuitas facit ſtatutũ ꝙ res ciuitatis poſsint vendi: quo caſu poterit vendi ſine licentia Principis.Sed contra hoc facit C.de rebus ſine decre.alien. vbi minor alienando,teſtãdo, in quo dicitur legem facere ſibi, non poteſt ſine decreto id facere,vt ibi Bal. Alex. Quærit gloſ. vtrum quilibet teneatur iurare, & ſcripturas tangere.Dicit gloſſ.ꝙ non:ſufficit enim ꝙ ſacroſanctæ ſcripturæ ſint propoſitæ, vt ad memoriã reducatur iuramen-
3 tum quod ab initio,præſtant, fideliter conſulere. † Ex iſta gloſſ.nota ꝙ quis obligatur ſi promitat, vel dicat aliquid ſub virtute iuramenti præſtiti de præterito. contra hoc videt̃ tex. extra de iureiur.c.pe.Sed dico qñq; iuramentũ præſtitũ cõprehendebat illud,de quo nũc agitur: & tunc loquitur iſta gl.ſed qñ iuramentũ pręſtitum interpoſitũ fuit ſuper alio:& tunc nõ valeret tale dictũ,promitto,vel dico ſub virtute præſtiti iura- ☞ mẽti,vt d.c.pen.☞ Adde ꝙ iſta diſtinctio facit pro illa q.qua quærit̃ an officialis iurans ſeruare ſtatuta porrigat̃ illud iuramentũ ad futura ſtatuta de qua per Bar.in l.ſi ſtipulatus eſſem §.j.ff.de verb.obli.& Bal.in l.ſi ſeruitus. de ſeruitu.vrba.prædio.vbi indiſtinctè tenuit ꝙ extendatur ad futura.Sed diſtinctio Bar.melior,per quã ſaluabuntur multa contraria. Alexã.

Quærit gl.hic,quid ſi hæc ſolennitas fuit obſeruata:vtrũ habebit locũ adiectio,de qua loquitur.s̃.l.j.Et reſpõdeo ꝙ nõ,per illud qd̃ dicitur in tex.ſtabiles. Quærit gl.quid ſi ſolennitas
4 nõ fuit obſeruata. Dic vt in glo. †Itẽ quæro an ciuitas poſsit ſolennitati huius legis renũciare.Puto ꝙ nõ. Nam s̃.proximè dixit,nõ aliter fieri: & hic dicitur.Sed legibus prohibentibus renũciari nõ poteſt,vt not.per gl.in l.j.& ij.s̃.ne fideiuſ.dotiũ dentur. Item legibus dantibus ſolennitatẽ nõ poteſt renũciari.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.verũtamen ſi eſſet talis ciuitas,quæ haberet ius condendi ſtatuta,ſecundũ ea quæ dixi in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iur.tunc faciendo primò legem circa formã & modum alienandi,vel circa ipſam alienationem:valeret enim alienatio ſeruata forma legis municipalis,licet diſcreparet ab iſta.Caſus eſt in l. ꝓhibere.§. planè ff. quod vi aut clam.
5 †Vltimo Spec.inducit ad q.iſtam,ꝙ in inſtrumento ſyndicatus debeant ſingulariter inſeri oĩa nomina conſtituẽtium ſyn-
a dicum,[a] vt ibi:ſigillatim vnũquenq;,&c. vt no.in Spec.in titu.de ſyndico.§.j.verſi. item opponitur ꝙ nomina,&c.De quo dixi plenè in l.j.ff.ad albo ſcribẽdo.facit ex ☞ tra de procu.c.fina.☞ An nomina antianorum debeant inſeri in inſtrumento ſyndicatus fiendi ſiue facti, vide per Hoſtiẽ. de ſyndico.in §.qualiter.in ſumma. qui tenet ꝙ ſic, niſi eſſent nimis.Vide etiam Specu.de ſyndico,in §.porro. & Bald.in l. j.de magiſtra.conueni.& Io.And.in addi.in d.ver.porro.cum quo tranſit Abb.in c.vnico,de ſyndico.De quo vide per doct. in c.quãto.de his quæ fiunt à præla.& fallit in cauſis parui præiudicij,vbi nomina non ſint omnium inſerenda,ſed vtroq; caſu ſecus eſſet,ſi notarius atteſtaretur ꝙ affuiſſent duæ partes,ſecundũ Ange.in l.nulli.ff. qd̃ cuiuſq; vniuerſitatis no.in ij.col. alleg.Io.And.in add.in tit.de ſyndico,in verſi.quid ſi aliquid in aliquo inſtrumento,&c.in additioni.incip.Bar.in decretali vltima de procur.Vide ſcripta per mod.poſt Bar.in l.j.de albo ſcriben.& Bald.in d.l.nulli.Alex.

a ¶ Omnia noĩa cõſtituentiũ ſyndicũ. Adde iſtum in l.omnib⁹, & quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum in ver,qualiter cõſtituatur ſyndicus. ff. ad Tertul.

*De debitoribus ciuitatum. Rubrica.*

LEX I.

NOn prius. Debitores ciuitatum non poſſunt in eis habere honorẽ, niſi prius debita ſoluant.h.d.Bar.

1 ☞ *Ciuitas,quibus caſibus habeat hypothecam tacitam,uel expreſſam.*
2 *Contra debitores ciuitatis qua actione agatur.*
3 *Caſus in quibus poſſeſſor conuenitur pro rata.*
4 *Vendere rem ſuam quòd quis cogatur pro utilitate Reipublicæ.*
*Statutũ poteſt facere ꝙ quis conuicino habenti magnam poſſeßionem uendat rẽ ſuam.*
5 *Emens à fiſco rem debitoris uendentis ut ſuam,quando poßit conueniri.*
6 *Poſſeſſores prædiorum ruſticorũ dicuntur magis idonei quàm poſſeſſores urbanorũ.*

LEX II.

APud quos. Prima pars eſt clara.nota ꝙ in debitis annuis & mẽſtruis differre ſolutionẽ eſt nociuũ debitori:quia quãtitates minutæ ſimul coadunatæ faciunt vnã magnam quantitatẽ,cuius difficilis eſt ſolutio.& ſic poſſet ex hac culpa tutoris,vel alteri⁹ adminiſtratoris redargui.Secunda pars incipit ibi: & quia nefas. & h.d. Excuſſo debitore ciuitatis,conueniuntur poſſeſſores pro rata ☞ eius quod poſsidẽt cõdictione ex iſta lege.h.d.☞ Vide ꝑ glo. ordinariam in auth.de fideicommiſ.§.pen.adde caſum,in quo quis cogitur vendere fauore libertatis,in l.j.§.ſin autẽ ſocio.de ſeruo cõmuni manumiſ.& in §.fi.Inſti.de accu.& in l. alieno, §.ſi quis.ff.de fideicõmiſ.liber.& Bar.in l.nõ dubiũ.§.j. de leg. iij.Alex. Oppo.hic dicitur obnoxij.contra,ciuitas non habet bona obligata,vt s̃.de iure Reipub.l.ij. Sol.quidã intelligunt obligata expreſsè vel tacitè,& ꝓprio priuilegio ciuitatis. Vel pone debitorem obligatum ex adminiſtratione:quo caſu bona ſunt obligata ad ſimilitudinem tutoris: vt s̃.de admi.tut.l.
1 pro officio.iſti caſus ſunt veri in ſe.†Et nota iſtam vltimã poſitionẽ hic in gloſ.ꝙ contra adminiſtratorem ciuitatis ciuitas habet tacitam hypothecã:tamẽ quãtũ ad hanc legẽ nõ eſt bonus intellectus:nõ enim tunc cõueniretur quilibet poſſeſſor ꝓ rata,ſed à quolibet poſſeſſore tota res aduocaretur. s̃. ſi vnus ex plu.de.vel cred.l.j.& ij.& s̃.de diſtra.pi.l.quãdiu.ff.de diſtr.pi. l.creditor.& ff.de iur.fiſ.l.Moſchis & ibi not.Dicẽdũ eſt ergo ꝙ bona nõ erant obligata, ſed dicuntur obnoxia eo ipſo quod
2 erant debitoris ciuitatis. †Sed quęro qua actione agetur cõtra debitores.Reſpõdeo,cõdictione ex lege iſta. & eſt ſpecialis caſus fauore ciuitatis:aliàs autem ſi quis poſsideret aliquas res quæ fuerunt debitoris mei, quæ non eſſent mihi obligatæ, nõ poſſet à me cõueniri,niſi eſſet facta alienatio in fraudẽ; tũc reuocaretur per ti.de his quę in fraud.cred.& in his fieret executio,ſicut ſi eſſet in bonis debitoris.Inſti.de act.§.ſi qs in frau-
3 dem. †Quæro vtrũ ſint alij caſus,in quibus poſſeſſores conueniantur pro rata.gloſ.ponit aliquos.Primus eſt s̃.cõia de le. l.j.in fi.ſed certè ibi nõ tenebantur pro rata eius qd̃ valet,ſed tenentur in totũ pro portione hæreditaria qua tenebatur hęres, cuius res fuerunt. Itẽ ponit exẽplum, qñ duobus pro rata ſimul obligatur eadẽ res: tunc quilibet agit pro rata ſui debiti, Item cũ plures mittuntur in poſſeſsionẽ ex cauſa damni infecti vt in glo.Sed iſta exempla nõ conueniunt:nã ibi eſt verũ ꝙ

a ❡Vẽdere. Quibus caſibus aliquis vendere cogatur, & emere, vide Feli. in c. j. de Iudæ. poſt princi. verſi. vltimò no.
b ❡Noïato. Adde Bal. in l. noïatori. C. de pigno. per illum tex.
c ❡Aduerte ꝙ Bart. legit tantũ modo vſq; ad hanc rubri. de peri cu. vt refert do. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. col. ij. ff. qui ſatiſda. co. & in l. qdã cũ filiũfami. col. xiij. ff. de ver. obli. Alex. Loſæus.

creditores agũt pro rata ſui debiti. hic verò loquitur cũ poſſeſſores conueniuntur
pro rata eius quod poſsidẽt, & ſic diſsimi
lis caſus eſt: credo ergo ꝙ hic caſus ſingularis eſt. Tertia pars incipit ibi: ab eo au
tem. & h. d. Debitor ciuitatis, qui alienauit ei maiorẽ partẽ, cogitur eidem aliena
4 re minorẽ. h. d. †Not. ꝙ ꝓ vtilitate Rei
a pu. cogitur quis vendere[a] ſuas res. & hoc
haberet locũ in illis ciuitatibus, quæ pecuniam ſuã credunt, & mutuãt. expedit em̃
eis vt ibi ſint locupletiores poſſeſſores, quibus pecunia poſſet credi. Itẽ nota ar. pro
ſtatutis quarundã ciuitatũ, in quibus continetur ꝙ qui iuxta confinia habent magnam poſſeſsionẽ, ꝙ cogantur vicini eis vendere: quod de iure
cõi non eſſet. Quarta pars incipit ibi: ꝙ ſi quiſpiã. & breuiter
h. d. ꝙ emit à fiſco bona debitoris vẽdẽtis vt ſua, nõ poterit cõ
5 dictione ex lege iſta cõueniri. h. d. †Ad partẽ iſtam opp. ff. de
peti. hære. l. etiam ſi putauit. §. ſi quis à fiſco. Sol. Hic emit rem
ſingularẽ: ibi emit vniuerſalem. Vel aliter illa corrigitur per l.
bene à zenone. de qua. preſcri. Et iſtã partem Pe. tenet: ſed prima videtur verior per hunc text. qui dicit ſecũdum ius vetus.
ergo in hoc nõ differt ius antiquũ à nouo. Tene ergo primam
6 quę ibi ponitur in glo. †Quinta pars incipit ibi: quod ſi quis
debitor. iſta eſt clara. Nota ex fi. ꝙ magis dicũtur idonei poſ
ſeſſores prædiorũ ruſticorum ꝙ̃ vrbanorũ. Nam vrbana ſubiacent maioribus periculis: vt incendij & ruinæ. Facit ff. de neg.
geſt. l. diuortio. & de mino. l. vtrũ. §. ex facto. & quod no. ff. ſol.
matri. l. ij. circa prin. Vltimò glo. ponit hic ea quæ ſunt ſpecialia in debitore ciuitatis: quam ſigna, & tene menti.

*De periculo nominatorum. Rubrica.*

1 ☞ *vide gloſ. quæ continuat hanc rubricam, & duas ſequentes. Nominator officialium quando teneatur.*
2 *Officialis ad hoc ut eius nominator non teneatur, quo tempore debeat eſſe ſoluendo.*
3 *Nominatori officialis incumbit onus probandi quòd tempore depoſiti officij officialis erat ſoluendo: & etiam poſt.*

LEX I.

I qui. Electores officialiũ publicorũ nõ tenentur pro electis, licet fideiuſſores non receperint, ſi tẽpore depoſitæ adminiſtrationis ſoluen
1 do fuerint. h. d. †Oppo. ff. de magiſt. cõue. l. j. §. ſi
magiſtratus. Sol. Aliud in creatione tutorũ: aliud in eo, q creat
officiales publicos. In his enim nõ eſt neceſsitas exigẽdi fideiuſſores, ſi ſoluẽdo ſunt. Opp. de l. diuortio. ff. de neg. ge. Sol.
Intelligas ꝙ patrimoniũ officialis nõ fuit diminutũ ſubitò, dũ
depoſuit adminiſtrationẽ, ſed ſtetit ꝑ tẽpus, ita ꝙ officiali qui
eũ debebat cõuenire, potuit imputari culpa, vt hic: aliàs tenere
2 tur nominator, vt in lege cõtraria. †Opp. ꝙ nõ ſufficiat quẽ
eſſe ſoluẽdo tẽpore depoſiti officij: ſed tpe litis cõteſtationis: vt
ff. de fideiuſ. l. inter eos. §. j. Sol. Hic loquitur de his, q incidunt
in obligationẽ ex neceſsitate: ibi in his qui ex voluntate. Idem
3 no. Cy. in l. ex perſona. s. de proba. †Quærit glo. cui incũbit
probatio ꝙ tẽpore depoſiti officij erat ſoluẽdo. Reſpõdeo, nominatoribus: vt l. j. §. ſi magiſtratus. de magi. conue. Et aduer
tendũ ꝙ nõ habet nominator neceſſe probare ꝙ eſſet ſoluẽdo
tẽpore depoſiti officij tantum: ſed etiam poſt tanta tempora ꝙ
poſſet officiali culpa imputari, vt dictum eſt.

1 ☞ *Magiſtratus nominat ſucceſſorem: ſed conſilium ciuitatis eligit.*
2 *Noimnator officialis quando tenetur ex ſola nominatione.*
3 *Teſtis, q deponit, ſcio quia tetigi eũ manibus, licet deponat ſup re incorporali, ꝓbat.*

LEX II.

b I ſucceſſoris. Nominator tenetur ꝓ nominato[b] officiali, quatenus ipſe cõuenitur ex perſona ſua, non in eo, ad quod conuenitur ex
1 perſona alterius nominati ab eo. h. d. †Not. ꝙ ad magiſtratũ
pertinet ſibi nominare ſucceſſorẽ: electio verò pertinet ad con
2 ſilium: vt l. ij. s. de decur. ita dicit gl. & bene. †Opp. ff. de neg.
geſt. l. ex facto. Sol. Quãdoq; quis aliquẽ nominat in ſuũ adiutorẽ: & tunc pro illo ipſe tenetur. per illum enim ipſe gerit, &
pro tali tenetur nominator, vt in cõtrario. Sed qñ eligitur aliquis ad aliqđ officiũ diſtinctũ à ſuo, nõ nominat ſibi ſucceſſorẽ: & tũc nominator nõ tenet̃, vt hic. No. tex. qui dicit, nec ad
nominatores manus porrigi. intelligit̃ em̃ manus porrectio intellectu aliter magis ꝙ̃ corporaliter. Facit s. de nau. Tybe. l. j.
3 & de iure cod. l. quod ꝑ manus. †& eſt hic ar. pro teſte qui interrogatus qũo ſcit, dicit ꝙ tetigit, cum manibus: licet nõ eſſet
res tangibilis, ꝙ referatur ad ſenſum cõgruum illius rei. Bar.

Additio. Adde Bal. in l. non omnium. in fi. ff. de leg. & in l. iij. in vij. q. C. de teſt. Alexan.

c *De periculo[c] eorum, qui pro magiſtratibus inter. Rubrica.*

LEX vnica.

Ideiuſſores. Fideiuſſor tenet̃ Reipublicæ ad intereſſe, non ad pœnã, in quã magiſtratus incurrit delinquendo. h. d. Item not. in l. fi. ff. de fideiuſ. hodie verò forma fideiuſsionis tali modo recipitur ꝙ in pœnam tenetur. promittunt enim intereſſe, & omnes cõdemnationes quæ fient de eo.

*Quo quiſque ordine conueniatur. Rubrica.*

1 ☞ *Plures licet aſſumant officium publicum: tamen non dicuntur duo rei, niſi expreſsè dicatur.*

LEX I.

T ſi duobus. Adminiſtratores ciuitatis tenẽtur inſolidũ oẽs, licet ſimul adminiſtratio ſit conceſſa. ſecus ſi pro portionibus diuiſis. Primò tñ gerens, nõ ſecundo gerẽs
cõuenitur quaſi vno mortuo alij in adminiſtrãdo culpã cõmi
1 ſerint pro tali culpa, hæredes mortui nõ tenẽtur. h. d. †Et no.
ꝙ qñ plures aſſumunt officiũ publicũ eo ipſo intelligunt̃ eſſe
duo rei, licet hoc nõ ſit expreſſum, hoc eſt verũ de iure iſto, ſecundũ quod duo rei cõſtituebant̃ tacitè. Sed cũ hodie neceſſe
ſit hoc expreſsè agi, vt in aut̃. de duo. reis. in prin. ſed ſi nõ expreſsim agatur ꝙ ſint duo rei: ꝙ hoc caſu nõ erunt duo rei. &
hoc gl. in l. proxi. no. ſub dubio fortè. quod ſingulariter nota.

LEX II.

Voties. Si duobus pro indiuiſo adminiſtratio eſt iniũcta, qlibet prius cõuenit ꝙ̃ nominator: ſed ſi pro ſeparatis portionibus, tunc primo adminiſtrator, deinde fideiuſſor, poſtea nominator, vt loco collega. h. d. Et no. hanc legẽ in hoc qs ordo debeat ſeruari in conuentione & exactione officialium publicorũ. not. s. de conue. fiſ. debi. l. quoniã Augerio. Et no. iſtã l. quæ fuit alle. in q. de facto. ſi eſt actũ cõtra vnũ ex obligatis inſolidũ, & eſt facta excuſsio realis & perſonalis: an poſsit agi cõtra tertiũ poſſeſſorem rerũ, non excuſſo primo alio correo obligato inſolidum.

LEX III.

I ita. Quando officiũ eſt diuiſum inter officiales, prius conuenitur nominator ꝙ̃ collega: aliàs ſecus. h. d. ſecundũ verũ intellectũ. Et intellige primã partẽ vſq; ibi, cũ in magiſtratibus. quod officiũ & adminiſtratio inter officiales erat indiuiſum. ſecundã partem intellige ꝙ erat diuiſa adminiſtratio. & ita tenet glo. hic. Bar.

1 ☞ *Caſus, in quo actio perſonalis ſequitur fundum.*

Vm te. Si adminiſtratione diuiſa vnus collegarũ pecuniã collocauerit quã reſpublica conſequi nõ põt, eo mortuo hæres eius primò eſt cõueniendus, ſecundò poſſeſſor. tertio nominator. quartò collega. h. d.

Additio. Vide gl. in l. j. §. ſi hæres: ad Treb. licet Frã. de Are. ibi reprehendat illã gl. qa ille tex. loquit̃
in ciuitate, q̃ nõ habet priuilegiũ hypothecæ. l. ij. s. de re. pign.
& in l. ſimile. ff. ad muni. Vnde dicit ꝙ hic eſt ſpecialis caſus.
1 vel potes ſoluere, vt per gl. & Bar. in l. j. s. de debi. ciui. †No.
hic caſum, ꝙ actio ꝑſonalis ſequit̃ fundũ. de quo dixi i l. ij. s. ti.
iij. regulariter cõtra, vt l. j. §. ſi hęres. & §. ſi ex fundo. ff. ad Tre.

*Ne quis liber inuitus. Rubrica.*

LEX I.

I vt proponis. Ibi: inter officia. id eſt act⁹, ſiue miniſteria. & ſic improprię ponitur. Nã nihil quod ſit officiũ propriè ſeru⁹ habere poſſet: cum officia publica cõueniũt liberis tantum. & per hoc litera quę dicit murilegulos & vaſtagarios habere dignitatem, ſtat impropriè: cum illi murileguli ſint ſerui: vt no. in gloſ. rubricæ illius tituli. Patet ergo ꝙ dignitas vel officiũ nõ põt per eos exerceri: cũ dignitatis vel officij ſerui nõ ſint capaces: vt s. ſi ſeruus vel liber. ad decu. aſpi. l. j. & ij. & de tab. l. generali. Patet ergo ꝙ nõ eſt officium nec dignitas. Bar.



*Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. Rubri.*

LEX vnica.

Vm ad munus. Si vnus ex plurib⁹ officialibus electus expenſas totius muneris ſupportauerit, pro rata eas repetet à collega. hoc dicit. Nota pro eo quod vidiſtis. s. de leg. l. ij. lib. x. Barto.

*De his qui ex officio quod admini. conueniuntur. Rubrica.*

LEX vnica.

Oenoris. Reipublicę debitor, ſi reperitur minus idoneus adminiſtrator, tenetur ad ſortem quam ei mutuauit: non autem ad vſuras tenetur. Barto.

*De ſolutionibus & liberationibus. Rubrica.*

1 ☞ *Soluere non dicitur, nec liberatur qui rectè non ſoluit.*
2 *Pecunia ſoluta adminiſtratori ciuitatis, & non rectè, non præſumitur uerſa in utilitatem ciuitatis.*

LEX vnica.

2 ambulent, vt l.fi.de ſacroſan.eccle.ꝙ † ſicut fiſcus põt cõcede-
re fundũ in emphyteuſim pacto oppoſito,vt nõ incidat in cõ-
miſſum:ita etiam eccleſia. Secundò habes ꝙ per iſtud pactũ
non tollitur,quin emphyteuta teneatur ad canonem.

Additio. Adde Bal.in l.ij.in j.col.C.de iure emp. & ibi
etiã per Bar.Alex. Eccleſia põt dare in em
phyteuſim cũ pacto ꝙ nõ incurrat in cõmiſſum.quod no.pro
conſulendo illis qui accipiunt ab eccleſia Neuandulana. Sed
poſſet quæri an tale pactũ valeat. Et videt̃ tenere Bal.in j.col.
in l.ij.C.de iure emphy.vbi ſimpliciter loquit̃ nõ faciẽdo men
tionẽ de fiſco vel eccleſia,videt̃ tenere ꝙ valeat. Ad hoc bene
faciũt no.per Bal.Inſti.de vſufr.in prin.in ver.ne tñ.qđ nõ vale
ret reſcriptum ſuperioris ſic concedentis, vt no.Bal.in l.ſi à te.
de pac.inter emp.& vend.Alex.

SI qui. Suſcipiẽs à perequatore fundum deſertũ, ipſum
perpetuò poſsidebit.h.d.

SI quibus. Donatarius principis rem ſibi donatã
poſsidet inconcuſſam, & eam in alium
poteſt transferre.h.d.

1 *Satiſdare qui tenetur ex forma ſtatuti antequàm acceptet officium,ſi eſt idoneus,ſtatur eius cautioni cũ generali hypotheca.*

QVicunque. Accipiẽs in em
phyteuſim fun
dum à fiſco,debet cauere de nõ de-
ferendo ſub hypotheca oĩm bonorũ ſuo-
rũ,vel ſatiſdare tenet̃: quã ſatiſdationẽ ſi
magiſtratus omiſerit,ad ſuũ redundat pe
1 riculũ.h.d.†Et eſt arg.ꝙ vbi ex forma ſta
tuti aliqs tenet̃ ſatiſdare anteq; acceptet
officium alicuius poteſtariæ, ꝙ ſi eſt ido-
neus,credetur ſoli cautioni cum generali
hypotheca bonorum ſuorum.

a Remiſsionem. Ad quã materiã vide Pe. de Anc.in c.potuit.de loc. vbi etiã Ioan. de Imo.& Cap. & Sal. oĩno in l.j. de iure emphy.& Ange. in aut̃. de non ali.§.lex itaq;. col.ij.& Rich.Malũ. in d.l.j.& d.Alexã.de Imo.in cõſ.vj.ij. parte.& ĩ cõſi.xxvij. iiij.parte.& ĩ cõſi.xcviij. iiij.parte. & Pan. ardizo.in cõſ.inci.verũ emphyteuta, &c.Ad de Ia.Rebu.in l.oĩm. nu.j. & qđ ibi poſui in apoſt. ad ipſum in ver.ſterilia.ſ.de omni ag.deſer. & Cano.in c. propter ſterilitatẽ. & ibi Barb.extra de loc.& eundem Barb. cõſil.ſuo inci.ſcripſit propheta.

Additio. Adde qđ no.Bal.in l.ab-
ſtinẽdũ.C. quo. app. non
reci.& qđ no.in l.p̃toriæ.ff.de præto. ſtip.
& in l.j.q ſatiſd. cog. Iſtud dictũ ſequitur
Pau.de Caſt.in l.diuortio. §. ſed interdũ.
ſo.ma.vbi etiã pro hoc alle.qđ legit̃ et no.
in l.de creationibus.ſ.de epiſ.aud. contra
hoc tñ faciũt no.per Ang.in l.j.ff.de lib.& poſth.& adde Pau.
de Caſ.in l.j.qui ſatiſd.cog.& qđ idẽ no.in d.l. prætoriæ. circa
prin.de p̃to.ſtip.Et etiã ſimiliter facit in cõtrariũ tex.cũ gl.in l.
mulier.C.de iure dot.niſi dicas ꝙ ibi debet intelligi ꝙ tutor e-
rat diues,nõ tñ intãtũ ꝙ ſine fideiuſſore diuitiæ ſuæ eſſent in
dãno ſibi inſpectis facultatibus populi.Alex. Si ſtatutũ di-
cit qđ ſatiſdet̃ in perſona idonea, ſufficit nuda promiſsio bo-
norũ.adde Bal.in l.ij.aliàs fi.in fi.de execu.rei iud. Itẽ Paul.de
caſt.in l.j.ff.qui ſa.cog.vbi dixit per iſtũ tex.ꝙ nulla ſatiſdatio,
etiã prætoria,vt dãni infecti,quorũ legatorũ,&c.eſt præſtãda
ab eo qui eſt manifeſtè diues,ſed ſufficit ſola ꝓmiſsio ſub hy-
potheca bonorũ ſuorũ.Ad idẽ allegat l.de creationibus. C. de
epi.audi.Ad idẽ dixit Pau.de Caſt.in l. diuortio. §. interdũ.ff.
ſo.ma.vbi idẽ dicit.Si ex forma ſtatuti tenet̃ quis ſatiſdare vel
præſtare fideiuſſorẽ.Adde bonũ tex.& ibi gl.in l.ſi mulier.ff.
de iure dot.& tex.in aut̃.cui relictũ.C.de indic.vidui. tol. & in
l.j.ibi:propter amplisſimas facultates.de cuſto.reo.& in l.j. §.
magiſtra.ff.de magiſtra.cõue.& ibi Bal.Et in materia adde ꝙ
per hoc non procederet dictum Bal.in l.generaliter.C.de epi-
ſco.& cle.vbi dicit ꝙ iudex tenetur in ſyndicatu ſi non reci-
pit idoneos fideiuſſores. Nam fallit niſi eſſet idoneè diues &
idoneus,per prędicta:quia tunc non tenetur in ſyndicatu etiã
ſi minus idoneum recepiſſet.quod no.Alex.

1 *Exceptio introducta per ſtatutũ ꝙ quis nõ debeat audiri,impedit litis ingreſſum.*

OMnes, Fundi limitrophi militibus aſsignati, etiã
per reſcriptũ principis,vel annotationẽ in
emphyteuſim,vel iure dñij,in alium trãsferri nõ pñt &
1 translati reuocant̃.h.d.†In tex.ibi:pœnitus audiatur.Not.ex
hoc,ꝙ exceptio introducta per ſtatuta,ꝙ qs nõ debeat audiri,
impedit litis ĩgreſſũ,vt hic,et ſ.đ legi.l.leges ſacratisſimè. Bar.

VNiuerſi. Ad euidẽtiã ſcias ꝙ ſi alicui fundus pa-
trimonialis tanquã fertilis à Principe aſ
ſignat̃,ꝙ perequator põt ei fundũ ſterilẽ aſsignare.Mo
dò Imperator facit hic differẽtiã an qs accipiat fundũ patrimo-
nialẽ à principe vel à priuato.Nã ſi accipit à principe directò
põt peræquator ſibi ſterilẽ aſsignare:ſed ſi à priuato,ſecus:ta-
men talis accipiens debet ſoluere fiſco canonem annuum.

FVndos. In hac lege dicitur ꝙ ſi fundi patrimonia
les fertiles aliquibus ſint conceſsi,& ſte-
riles non,peræquator debet ſterilia fertilibus congre-
gare,vt ſic omnium penſio præſtetur,& diuiſio fiat ſterilium
æqua lance,& fertilibus congregentur.

1 *Pactum appoſitum à poßidente fundum patrimonialem uel fiſcalem ipſum uendente: ꝙ ipſe,& non emptor,teneatur canonem ſoluere,non tenet, niſi in inſtrumento adſit Principis authoritas.*
2 *Lex intelligitur ſecundum materiam tituli,ubi eſt poſita.*
3 *Obligatio uitioſa uetuſtate temporis non firmatur.*

IVs emphyteotici. Hæc lex diuiditur in
duas partes, vt patet
in litera. Et prima legitur tribus modis. Primo modo

a ¶Habet, vtile dñiũ. Adde glo.ordi.in l.cũ manu ſata.§.nemo.ff. de cõtrah.emp.& vẽ. & Bal.ſ.in rub.de iu. emph.& in rubr.ſ.de cõtrahen.emp.& vẽ. q.xj.

b ¶ Acqſitionẽ. Adde Pau.de Ca.in l.Iulianus.§.ex vẽdito.ff.de act.empt.& Cy.in l. certũ.C.de rei vẽd.& do.Alex.de Imo.in l. iij.§.ex contrario.vbi etiã vide Bar.ĩ iij.co. verſ.q̃ro q̃ poſſeſsio. ff.de acq̃rẽ.poſ.& do. Alex.in cõſi.xxxiiij. iiij.parte.

in gl.j.huius legis alijs duobus modis. in gl.vlti.ſecundũ primã lect.iſtud principium breuiter.h.d.Penſio emphyteutici prædij fiſco debet per emptorẽ,nõ obſtãte pacto ꝙ vẽditor ſoluere debeat,niſi Prĩcipis iudicio fuerit firmatũ.h.d.Verba autem literæ expone,vt j.dicã.& hæc lectu. placet,& eſt vera.& not. Ex qua habes ꝙ
1 †poſsidens fundũ patrimonialẽ vel fiſcalem ſi ipſum vẽdit appoſito pacto ꝙ ipſe teneat canonẽ ſoluere,& nõ emptor: tale pactũ nullã obligationẽ inducit: quoniã ius percipiendæ pẽſionis eſt immutabile niſi fuerit firmatũ Principis iudicio. & ſecundũ dictã lectu.expone verba hoc mõ: Ius,id eſt, pẽſio ſine obligatiõis vinculo, ideo dicit ſine;quia non inducitur obligatio ꝙ vẽditor teneat ad ſolutionẽ penſionis,& non emptor. Retentum eſt,id eſt retenta.immutabile,id eſt immutabilẽ.ſubaudi,niſi talis pactio Principis iudicio fuiſſet firmata,vt in litera patet. Alię verò lecturę q̃ ponunt in gl.vlt.recipiũt potius vltimũ dictũ q̃ principiũ huius legis. Poſſeſsionẽ. hæc eſt ſcda pars huius legis, & legit tribus modis. Primo mõ q̃ emit pdiũ patrimoniale ẽphyteuticũ,nõ iuuat ex vetuſtate tpis,quo vẽditor ſoluit canonẽ, quò minus ipſe ſoluere teneat. Secũdo mõ legit ꝙ ille,q̃ poſsidet pdiũ emphyteuticũ nõ emit,nec in eo habet aliquẽ titulũ, ſed ipſum pdiũ vitioſè q̃ſiuit;& iõ nõ iuuat vetuſtate tpis,q̃n ipſe canonẽ ſoluere teneat,licet nõ ſoluerit. & ſecũdũ iſtã lect. verbũ vitioſè,eſt adiectiuũ noĩs poſſeſsiõis.q.d.vitioſa poſſeſsio,quæ ſine obligatione & titulo fuit,nõ iuuat tẽporis vetuſtate. Secundũ verò ſecundã lect.eſt adiectiuũ nominis vetuſtatis.q.d.poſſeſsio acquiſita ſine obligatione,id eſt, pacto,de qua fit mentio in prin.legis,ꝙ emptor nõ teneat ſoluere penſionẽ,quæ pactio nõ parit obligationẽ,vt dictũ eſt,nõ iuuatur vitioſa vetuſtate tẽporis,quo minus emptor teneat ſoluere canonẽ,licet per vetuſta tẽpora nõ ſoluerit. Tertio modo legit hic ver.ſecundũ Azo.ꝙ nõ loquitur de pręſcriptione libertatis cõtra pſtationẽ canõis,ſed ꝙ loquat de iure ipſius iuris emphyteutici,vt ipſius ius nõ præſcribat lõgo tẽpore,ſ.xxx. annorũ,quãdo nõ ſoluit canonẽ. certè poſſum agere cõtra eũ in rem,nõ obſtãte exceptiõe pſcriptionis. Sed lect.iſta reprobat per Accur.quia nõ eſt verũ ꝙ hæc lex loquat in fundo priuati emphyteutico:ſed in fundo patrimoniali loquit. Et iſtud apparet:qa in rubrica dicit de fundis patrimonialibus.& ſic hęc lex videt loqui de eis.ff.de in diẽ addict.l.Impator.& quęlibet iſtarũ põt eſſe vera,ppter plenitudinẽ literæ.& ſecundùm oẽs lectu.hæc lex breuiter.h.d.Emens fundum emphyteuticũ patrimonialẽ,nõ immutat ſuo pacto ius præſtãdæ pẽſionis,quin eam ſoluere teneat,niſi fuerit principis iudicio cõfirmatũ:etiã ſi per vetuſta tẽpora non ſoluerit emptor. Item habẽs ius prædij emphyteutici nõ perdit ipſum vetuſto tempore. Hoc dicit
2 ſecundũ vnã lectu.poſitã in glo.fi.ibi:nã in rubr.&c. †No. ꝙ lex debet intelligi ſecũdũ materiã tituli vbi eſt poſita. & eſt caſus in l.Impator.de in diẽ addic. Quod autẽ hęc litera dicit, ius præſtandi penſionẽ nõ præſcribi longo tempore intellige niſi effluxerint xl.anni: vt j.l.fi.de fun.rei priua.l.fi.

3 ☞ Additio. No.†ex hac lege ꝙ vitioſa obligatio vetuſta te tpis non firmatur. Ang.☞Et ſic facit ꝙ ſtatutum tollens longam præſcriptionem,non dicitur ſuſtuliſſe præſcriptionem xl.annorum,ſecũdùm Bart.in l.cùm ſcimus. ſ.de agri.& cenſi.& idem tenet Bal.in c.j.§.præterea.de capi. Corradi.ſed in l.j.C.ne rei domini.vel templ.& in l.nõ ſolũ.de vſuſcap.tenet cõtrariũ.quã opi.ſequitur Ro.in rub.de arbi.in xix.ſeu xx.col.per l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti. & æſti.ſed p opi.Bar.facit qđ dixit Ang.in l.ij.§.interdictum hoc ppetuũ.de iti.actuq; priua.per gl.ibi poſitã,videlicet ſi ſtatuto caueť ꝙ cõtra inſtrumẽtũ guarẽtigionatũ nulla poſsit opponi exceptio pſcriptionis,ꝙ nihilo minus æquitate ſuadẽte poterit opponi præſcriptionis exceptio centum anno. Et vide quæ dixi in l.ſi quis decurio.ſ.de decur. Alex.

1 ☞ Emphyteuta quòd habeat utile dominium.
2 Emphyteuta non tenetur emere à domino iure dominij per allodium.

POſſeſſores. Emphyteutæ fundos patrimoniales per allodium emere nõ coguntur dominium verò vtile habent,ſi à princi
1 pe vel alio quocũque titulo acqſierint.h.d.†Nota
a hic caſum expſſum,ꝙ emphyteuta habet vtile dñiũ,[a] vt in fin. patet. In alijs verò legibus nõ dicit ꝙ emphyteutæ ſint dñi:ſed
2 habẽt in rem actionẽ.†Vltimò videt hic caſus ꝙ emphyteuta nõ cogitur emere à dño iure dominij per allodium, vt hic in fi.concor.ſ.de iure delib.l.nec emere.cùm ſimi.Bar.

NVlli. Prædia matrimonialia,hic noĩata nõ pñt alienari in aliũ,pœna cõtra faciẽtib9 iminẽte.h.d.Et eſt localis hæc lex,vt dicit glo. Regulariter autem prædia patrimonialia emphyteuticaria poſſunt alienari,vt ſ.l.ius emphyteutici.Bar.

1 ☞ Canonis præſtatio præſcribitur ſpatio quadraginta annorum: & requiſita.numero 5.
2 Præſcriptio quadraginta annorum quòd currat contra Rempublicam & eccleſiã, non tamen Romanam.
3 Poſſeßio naturalis annexa cum ciuili,dicitur naturalis.
Poſſeßio corporalis ſeparata à naturali quòd non reperitur.
4 Prædium dominicum uel templorum etiam cum beneficio principis non alienatur cũ pacto,ne canon ſoluatur.

IVbemus. Qui per xl.annos fundũ patrimonialẽ,vel tẽplorũ vel alterius iuris cum titulo vel ſine poſſederit,nullã pro ipſo moleſtiã,controuerſiã,vel qõnẽ pati põt,ſi ſoluat canonẽ debitũ. Si verò à principio pbet titulũ poſſeſſor: adempto canone à principe prædiũ fuiſſe ſibi cõceſſum à canonis præſta☞tione ſecurus eſt.h.d.☞Hanc legẽ alleg.gloſſ.in l.emptorẽ.C. locati.quia licet dicat ꝙ emptor cogat ſtare colono: hoc verũ, niſi cõduxiſſet à domino ad modicũ tẽpus. Cui adde text.in l. j.§.cui aũt.& ibi Bart.de ſuperficie.& vide aliũ caſum in quo teneť ſtare colono,in l.in vẽditione.§.j.de bo.auth.iud.poſ.& ibi aliũ caſum poſui poſt Bar. Itẽ in ſeq.ver.in tex.ibi:vel loco
1 rum.habet in aut.quas actiones.de ſac.ſan.eccl.Alex. †Et ſic nõ ob.ſ.eo.l.ius emphyteutici. q̃ dicit pſtationẽ canonis non præſcribi vetuſto tpe:qa nõ xxx.annis, vt ibi,ſed xl.ſicut hic.
2 †In tex.ibi:vel locorũ.no.cõtra Rempub.& contra templa pſcribi ſpatio xl.ann.hoc eſt verũ,ſecundũ hæc iura,in quolibet tẽplo:ſed hodie fallit ĩ eccleſia Romana: vt aut.quas actiones.ſ.de ſac.ſan.eccl.& in corpore vnde ſumit. Item hoc verũ in rebus emphyteuticis templorũ,aliàs cõtra,vt ſ.ne rei domi.
3 vel templ. †In tex.rei corporalis.No.quod dicit,corporalis. & j.ſubnectit poſſeſsiõis:& ſic apparet,ꝙ hic loquitur de corporali poſſeſsione.& appellat hic corporalẽ poſſeſsionẽ naturalẽ annexã cum ciuili.quod apparet:quia ex eo reſultat pſcriptio,vt hic:cũ ex ſola naturali nõ poſsit reſultare:vt in l.acqritur.in fi.ff.de acqui.re.do. Vnde nõ videt vera doctrina dicentiũ ꝙ poſſeſsio corporalis eſt illa,quę parit effectũ,i.dñium,i.
b fructuũ acquiſitionem.[b] Nam hic erat corporalis poſſeſsio:& tamẽ effectũ parit dominij:& ideo dicas,put glo.dicũt ꝙ non reperit poſſeſsio corporalis ſeparata à naturali,ſed ꝙ duplex
4 eſt poſſeſsio,ſ.ciuilis & naturalis. †In tex.ibi:hoc etiam,&c. per hunc verſi.patet ꝙ prædiũ dominicũ vel templorũ,etiã cũ Principis beneficio,nõ alienat cũ pacto ne canon ſoluat. Expreſsius pbat j.de fund.rei priua.l.fi.niſi tale beneficiũ ſpatio
5 xl.ann.ſit cõfirmatũ,vt hic. †Et aduerte bene:qa ſi nõ ſoluat canon,nõ præſcribit ſpatio xl.ann.niſi duobus cõcurrẽtibus. Primò,ꝙ ſi poſsidẽs acquiſiuerit rem cum titulo. Secundò,ꝙ tempore acqſitionis Imperator cõceſſerit ꝙ canon nõ ſoluat. Nam ſi poſt acquiſitionem prædij tale beneficium cõcederet, tunc præſcriptio xl.ann.non procederet:vt no.hic in glo.

*De mancipijs & colonis patrimonialium & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum.* *Rubrica.*

1 ☞ *Locato caſtro cum territorio, & terreno non cenſentur locata loca ſylueſtria, ad culturam penitus inhabilia.*
2 *Colonus,qui facit cultiuari arbores uel uineas per inexpertos,ſi prædia ex hoc efficiantur deteriora,tenetur domino.*

EMphyteuticarios. Si villa locata in emphyteuſim cõceditur,non poteſt colonus vſurpare totum territorium eiuſdem,& vniuerſas aquas & fontes: ſed fructum



fructũ debet percipere de his,in quibus cultura requirit,& vti aqua quatenus ad culturam neceſſaria eſt: reliquum verò ce☞dit emphyteutæ.h.d.☞Ludo.in libera l.no.iiij.alleg.iſtũ tex. Itẽ verſi.& ſic videt,vide do.Mar.de Laude in tracta. de princip,in ti.de caſtellanis.in xiij.concluſione.vbi dicit ꝙ in conceſsione non venit vſus fluminis. Alexã. Et†ſic videtur caſus
1 hic,ꝙ ſi dominus villæ vel caſtri,locauit alicui villam vel caſtrum cũ territorio & terreno, non videtur locare podera & alia loca ſylueſtria ad culturam penitus inhabilia, nec fontes nec riuos aquarum,niſi quatenus aqua eſt expediens ad culturam:& ideo reſiduo aquæ poterit vti & collibus et poderijs,vt hic. Vltimò gl.hanc legem inducit contra doctorem ſeu magiſtrum,qui nimis facit ſcholarem pro ſe legere. Itẽ cõtra ſcriptorem cõmittentẽ alicui ſcribere pro pecunia. In tex.ibi:cul-
2 turis erudierunt. No.tex.contra†colonos,qui faciunt cultiuari arbores vel vineas,vel arari terras per ineruditos in cultura. Nam ſi prædia ex hoc ſint effecta deteriora tenentur domi
a nis:[a] quia imputat eis cur ineruditos miſerint ad culturã.Bar.

LEX II.

LIbertates. Manumiſsio facta de mancipio fundi patrimonialis à non domino, reſcinditur per procuratorem Cæſaris.

1 ☞ *Emens à fiſco,uel in emphyteuſim accipiens,tenetur ſtare colono fiſcali.*
2 *Singularis ſucceſſor eccleſiæ,an teneatur ſtare colono eccleſiæ.*

LEX III.

COgnouimus. Emptor fundi patrimonialis tenetur ſtare colono:quem ſi ex-
1 pulerit,poſſeſsione priuatur.h.d.†Et not.hic ꝙ emens à fiſco,vel in emphyteuſim accipiens rem,tenetur ſtare colono fiſcali. Et eſt ratio,ne colonus fiſcalis habeat recurſum contra fiſcum. Cui concor.ſ.eod.l.j.emphyteuta verò vel emptor fundi priuati nõ tenet ſtare colono regulariter:vt ſ.loca.l.em
2 ptorem.†Et no.iſtam legẽ ad quæſtionẽ de eccleſia q̃ cõceſsit fundũ in emphyteuſim,in quo fundo ſteterat ad laborãdum, qdã p maximũ tps:qa ſi emphyteuta expellit illũ colonũ cũ bonus eẽt,et aliũ ſurrogauit ĩ locũ ei9,ꝙ debet ẽphyteuſi priuari.

b Additio. Et ſic collige ꝙ ſingularis ſucceſſor eccleſiæ tenetur ſtare colono:[b] ſicut in ſucceſſore. Facit l.fi.de ſacroſan.eccle.& tenet Lud.in l.ſi filiofami.§.fin.ſolu.mat.& ibi ſcripſi poſt Imol.

SVper. Coloni ad aliquã militiã cõuolantes,reuocantur ad culturam antiquam. Item milites veterani ad quietem donati,rei ruſticæ operam nõ debent dare. Et hoc fallit in militibus limitaneis,quibus eſt arare permiſſum:vt l.agros.ſ.de fund.limi.

*De fugitiuis colonis patrimonialibus,emphyteuticis & ſaltuẽſibus.* *Rub.*

LEX I.

QVicunque. Coloni patrimoniales, vel ſaltuenſes non obſtantibus aliquibus ſtipendijs,quæ promeruerint,reuocantur ad priſtinã culturam agrorum.h.d.Bar.

LEX II.

QViſquis. Suſcipiens vel occultans colonum patrimonialem,pœna hic inſerta punitur.

LEX III.

CViuſcunque. Omnes adſcriptitij ad agriculturam prædiorum patrimonialiũ ſi conuolauerint,ad aliquam militiam reuocãtur.h.d.Bar.

*De prædijs tamiacis, & de his,qui ex colonis dominicis alijſque liberæ cõditionis procreantur.* *Rubrica.*

1 ☞ *Partus uentrem ſequitur,fallit in tamiaco.*

LEX I.

SI liber. Natus ex vno parente tamiaco,& altero libero, tamiacus eſt,natus aũt ex adſcriptio vel ſeruo alieno,& ancilla dominica vel adſcriptitia,vel ſerua priuati, & ex colono vel ſeruo dominico: ſemper ſequitur conditionem parentis liberi. h. d.
1 †Et ſic eſt ſpeciale in natis ex tamiaco,qui ſemper ſequuntur conditionem parẽtis tamiaci. regulariter contra; quia partus ventris conditionem ſequitur:vt l.ne diutius.ſ.de agri. & cenſi.& ibi fuit dictum.

1 ☞ *Abundans cautela non nocet.*

LEX II.

MEminimus. Hic Imperator dicit qđ ipſe fecit quandam legem, quã nõ habemus:in qua ſtatuit ꝙ prædia tamiaca venderentur emere volentibus ſub ſolito canone: & ꝙ emptores prædiorũ per neminem poterunt inquietari. & licet illa lex illis emptoribus eſſet ſufficiens: attamen adhuc Imperator conſtituit ꝙ dicti
1 emptores non poſsint grauari.†Et ſecundum hoc not.illud vulgare, ꝙ abundans cautela non nocet,ſecundùm And.de Baru.de qua in l.teſtamentum.C.de teſta.

*De diuerſis prædijs vrbanis & ruſticis, & tẽplorum, & ciuitatum.&c.* *Rubrica.*

LEX I.

PRo ædibus. Aedificãs in loco publico,ſoluere debet debitã penſionẽ pro ædificio, ſi expediat Reipublicæ:aliàs ipſum ſolum cùm ædificio vendicatur. h.d. tex.& glo.

1 ☞ *Reſtauratio murorum non poteſt fieri inconſulto Principe.*

LEX II.

REſtaurationi. Tertia pars canonis, quæ redigitur ex fundis,& locis Reipublicæ ſufficit ad reſtaurationem murorum.h.d. Et not.
1 †ꝙ reſtauratio murorum non poteſt fieri inconſulto Princi-
c pe.[c] De quo in l.ſacra.§.muros.ff.de rerum diui.& hic in glo.

LEX III.

EOs qui. Emptor Reipublicæ vel templorũ ipſam perpetuò poſsidebit,nec ab eo poteſt euelli,licet alius offerat meliorẽ conditionem. h.d. Et ſecundùm hoc no.ꝙ habet locum ſubhaſtatio in rebus templorũ & Reipublicæ:ſed hoc eſt correctum in rebus templorum,per auth. hoc ius porrectum.C.de ſacroſanc.eccle.Bar.

SI quis. Emptio rei emphyteuticæ fiſcalis facta à priuato,vel à ciuitate ſub pacto ne teneatur ad canonẽ,tenetur,ſed pactũ eſt irritum.h.d. Nec obſtat ſ.de fun.rei priua.l.fi.vbi non tenet venditio
d nec pactum:quia ibi emptio fuit facta à Principe[d]: quia erat emphyteuta alterius:et ideo abominabile eſſet ꝙ princeps nõ poſsidens teneretur ad canonem,vt hic.no.ꝙ hæc litera dicit, à conſulatu,&c. Quia ſecundum hoc patet ꝙ poteſt fieri lex, quæ habeat locum in omnibus actibus præteritis à tali tempore citra vel retro.Bar.

a ¶Tenent dñis. Adde Bald. in l.j. nume. iij. verſi. & not. ꝙ lex. ſ. de accuſat.Bar. in l.ſi merces.§. conductor. ff. loc. & l.ij.ff. de an. leg.

b ¶Colono. Vide tu ad hoc do.Soci.in cõſil.cxxij.inci.ex his q̃ ſuperius.ver.circa ſecundã quæſtionẽ. cũ ver.ſeq.ĩ j.parte charta lxiij.

c ¶Inconſulto principe. Adde iſtũ in l. ſacra.ff.de re. diuiſi. & in l.ex hoc iure. ff. de iuſt.& iur. & omnino per Alexã. poſt eũ in l. opus. ff. de oper. publi.

d ¶Principe. Adde do. Alex.de Imo.in l.op9 de oper. public. vbi etiã per Bar.& Bald. in l.ex hoc iure. ff. de iuſti.& iure.

*De locatione prædiorum ciuilium uel fiſcalium, ſiue templorum, ſiue rei priuatæ vel dominicæ.* *Rubrica.*

LEX I.

DIui patris. Prædia Principis,quę in ppetuum locantur, ſunt locanda diuitibus vel alijs cũ fideiuſsione idonea præſtita:& officialis prædicta negligẽs, debet de ſuo reſarcire omne detrimentum. Barto.

LEX II.

FVndi. A colonis pepetuis fundorũ publicorũ non auferuntur fundi,licet alius meliorem conditionem offerat.h.d. Et no.hic contra prælatos,qui poſt ædificia facta in ruinis volunt dicere ſe deceptos.de quo ſ.de fun. rei priua.l.j.& ſ.de prædijs naui.l.ij.vbi dixi.Bar.

1 ☞ *Emphyteuta poteſt conductor appellari.*
*Accipiens rem in perpetuum potius dicitur emphyteuta quàm conductor.*

LEX III.

LOca. Subhaſtatio in locatione perpetua fundorum publicorum ita vendicat ſibi locum, ſicut in venditione.hoc dicit. In tex.ibi:perpetuarijs cõ-

a ¶Potius dicitur emphyteuta. Pōt ex hoc elicere diſcrimē ꝙ inter emphyteuſim eſt & locationē. de quo vide Bal. ī l. j. ſ. de iure emphy. Io. an. in add. ad Spe. in ti. de loc. ti. v. in prin. & d. meum Phil. Deci. conſi. pen. vol. ij. per totum.

b ¶Nūcio. Et tñ ad ſaturitatē, vide plenè ꝑ Fel. in c. inquiſitiōis. §. fi. col. vij. poſt me. ver. itē quærit. de accu. & in c. j. vj. col. in verſ. quarta cōcluſio circa med. ver. de iud. & qđ ibi dixi in apoſtil. & in c. qm̄. de ꝓba. in prin. vij. col. & gl. in verb. citatiōes. & qđ ibi dixi etiā in apoſtillis.
ADDE iſtū cōſilio ſuo lxxxvj. inci. non creditur nūcio. & qđ ibi poſui in addi. bal. in l. properādū. §. ſed & ſi qdē. nu. xiij. vbi poſui poſt eū in verſi. executoris. ſ. de iudic. dixi poſt Rebuf. in l. ꝓhibitū. in prin. ſ. de iur. fiſ. li. x. poſt Collecta. in c. cū dilecti. nu. xv. ver. nūqd creditur nūcio citāti. in apoſt. in eo. ver. extra de dol. poſt Lāfran. c. qm̄ cōtra falſam. §. citationes. nu. xvj. ver. in gl. fi. ibi iſta gl. extra de ꝓb. & Feli. c. j. col. vj. verſi. quarta cōcluſio. extra de iu.

ductoribus. †No. emphyteutā appella-
ri cōductorē. Nam omnis accipiens rem
a in perpetuū dicitur potius emphyteuta[a]
quàm cōductor, vt hic Bar. ☞Vide Bal.
in l. fi. ſi contra ius vel vtil. pub. Alex.

1 ☞*Conductores perpetui quòd poſsideant.*

COngruit. Si finita locatione cōductor primus tantū offert quantū nouus,
1 in locatione præfertur. h. d. †No. gl. hic
poſitam quæ tenet ꝙ cōductores perpe-
tui poſsident: ſecus in tēporalibus: qa illi
dicuntur habere detentationem qui ſunt
ad tempus. do. Bar. ☞Adde Bar. in l. co-
tem. in prin. de public. & vide ĵ. in l. fi. Fa
cit l. cognouimus. ſ. de emā. & colo. Ad-
de l. iij. de vendi. rerum ciui. lib. xj. Alex.

1 ☞*Conducens rem in perpetuum, poteſt eam uendere & donare.*
2 *Caſus in quo princeps non poteſt rem uni conceſſam, etiā motu proprio alteri concedere.*
3 *Donans uel locans rem, quòd intelligatur ſolùm donare, uel locare ius quod in ea habet.*

PRædia. Prædia domus Auguſtalis in perpetuū locata ad aliū non poſſunt transferri
ſub alio prætextu quādiu pēſio ſoluitur.
& Comes rerū priuatarū cōtrafaciens pu-
nitur. Itē prædiū Auguſtale princeps do-
nare poteſt ei cui locauerit in perpetuū,
vel ad tēpus. Item primus cōductor con-
ductione finita, ſi in licitatione offert tan
tum quantū alius præfert. Si vero rē con-
duxerit in perpetuū omni tēpore eſt ſecu
1 rus. h. d. Et cū primo †reſponſo huius le-
gis not. gl. hic in ver. retrahēdam. ꝙ cōdu
cens rem in perpetuum poteſt eam vēde-
re & donare, & ad poſteros tranſmittere. In tex. ibi: vel ſpō-
2 te donauerit. †No. caſum, in quo princeps rem cōceſſam per
ſe vni, nō poteſt alteri cōcedere, etiā motu proprio: niſi dicat,
nō obſtante tali cōceſsione facta, vt in c. ſi motu proprio. ex-
3 tra, de præb. lib. vj. In tex. ibi: cōcedere penſionē. †Not. ꝙ ſi
detinēti rē quidam habens ius in ea donat eā ſimpliciter: in-
telligitur donare ſolū ius qđ habet. idē eſt in locatione: vt l. ſi
domus. §. ij. ff. de leg. j. not. in l. cùm alienā rem. ſ. de leg. quod
☞ſatis credo. ☞Idem in donāte. doct. in l. ſi domus. §. fi. de le. j.
alleg. c. paſtoralis. de do. Idem Bal. & Sali. in l. cū alienā. de le.
j. in prin. & ibi Ang. & Bal. in rub. de cōtrahen. emp. & in vj.
q. & in l. monumenta. C. de legi. & docto. & maximè Petr. de
Anch. in d. c. paſtoralis. & in l. ſenatus. de leg. j. §. fi. Alex.

*De conductoribus & procuratoribus ſiue exactoribus prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ.* *Rubrica.*

1 ☞*In cauſis fiſcalibus ſeruandus eſt ordo iuris, ſicut in cauſis priuatorum.*
2 *Citatio facta per Regem Baroni, ut oſtendat ius quod habet in tali caſtro, eſt nulla.*
3 *Bardarij Poteſtatis ſi delinquunt, grauius puniuntur quàm alij.*
4 *Subſtitutio ſi eſt facta de domo Bardorum, intelliguntur ſubſtituti oēs illi de Bardis.*
5 *Legatum factum eccleſiæ ſancti Franciſci an ſit nullum, ſicut ſi eſſet factū fratribus.*

Lex vnica.

COnductores. Conductores fundorum domus fiſcalis, & alij homines
dictæ domus, cū agere volūt, expediri debēt ordina
rio iure: & nulli aliorū patrociniū præſtare debent,
nec executionis miniſteriū. & cōtrafaciētibus pœna imponi-
1 tur, nec eſt pœnitētiæ locus. h. d. †Per hāc l. dicit And. de Ba-
ru. ꝙ in cauſis fiſcalib⁹ eſt ſeruādus ordo iuris, ſicut in cauſis
2 priuatorū. †Itē ſi rex facit citare ſuū Baronē vt oſtendat iura
quæ habet in caſtris: quæ poſsidet, aliàs auferret ſibi ea: nā ta-
3 lis citatio ipſo iure eſt nulla. cū nemo titulū oſtendere debeat
ſuæ poſſeſsionis: vt l. cogi. ſ. de pet. hære. & ſic eſt in iſto quod
☞nota. ☞In cauſa fiſcali nō iurat de calūnia. Gl. no. in c. j. §. ſa-
cramentū. de cōſuc. rect. feu. quā ad hoc alleg. & ſequitur Lau
denſis in tract. de Principe, in tit. de fiſco. concl u. xvij. Alexā.
3 †In tex. ibi: grauior. not. contra bardarios Poteſtatis delin-
4 quētes, vt ipſi debeant magis puniri, quàm alij ciues. †Et no.
hic gl. quæ exponit domū, id eſt, illos de domo. Vnde ſi quis
ſubſtituit filio ſuo domum Bardorum, ꝙ intelligantur ſubſti
5 tuti omnes illi de Bardis. † Item per hoc tenet ꝙ ſi legatū re-
linquitur eccleſiæ ſancti Frāciſci: ꝙ illud legatum eſt nullum:
ſicut ſi relinqueretur fratribus de ſancto Franciſco, licet te-
nuerim contrarium in libello Minoricarum.

*Quibus ad conductionem prædiorum fiſcaliū accedere nō licet.* *Rub.*

Lex vnica.

NVllus. Palatini milites prohibentur à locatione fundorum principis. hoc dicit. Bar.

*De collatione fundorum fiſcalium uel rei priuatæ. &c.* *Rubrica.*

LEX I.

ORdinariorum. Præſes ꝓuinciæ, & ſui officiales poſſunt exigere conductores dominicos, & etiam impartiri fauorem curialibus Cæſaris volentibus facere dictam exactionem.

1 ☞*Ambaſiatoribus non creditur ſine publicis literis.*
2 *Baiulo non creditur ſine literis, quando non eſt notus, uel quando uult aliquem citare perſonaliter, uel quando agitur de magno præiudicio.*
3 *Citatio facta domi ſine literis, non reddit citatum contumacem.*

LEX II.

PAlatinos. Palatini poſſunt tranſmitti per comitem rerū priuatarū ad pręſidē cum literis, vt ſint ſoliciti circa exactionē penſionum fiſcaliū:
& nō debent inferre aliquā concuſsionē; cōtra facientes pu-
niunt̄ relatione facta de hoc præfecto prætorio. h. d. In text.
1 ibi: cū publicis literis. †Per hāc literā patet ꝙ nō creditur am
baſiatoribus ſine publicis literis. Concor. ſ. de decur. l. ſi quis
decurio. ſecundùm vnam lectu. & de exacto. tribu. l. miſsi. ibi:
2 cum delatorum, &c. †Item per hanc legē dici poteſt, ꝙ cùm
iſti palatini obtineant vicem quorundam baiulorū, vt ibi di-
citur ꝙ baiulo debet dari litera ad hoc vt ei credat̄, & hoc eſt
verum quando baiulus non eſt notus, vt hic, & d. l. miſsi. aliàs
bene debet ei credi ſine literis. Et ita no. gl. in l. ſed & interpel
latur. §. j. ff. de arbi. Pro hoc facit l. iiij. §. toties. de dam. infect.
ibi: libellum &c. Vel dic ꝙ quando baiulus vult grauare ali-
quem realiter, ꝙ tunc requiritur litera: quia agitur de magno
præiudicio: vt d. l. miſsi. & de iur. fiſ. l. facultas. Aut vult citare
verbo tenus vt compareat coram iudice: & tunc ſi eſt notus,
non requiritur litera: vt d. l. ſed ſi interpellatur. ſi eſt ignotus,
ſic, vt hic. Nam hic tranſmittebatur de vna prouincia ad aliā.
3 Additio. †Tamen no. ꝙ nunquam citatio facta domi reddit citatū contumacē abſq; literis, vt notat
Bal. & Ang. in l. ij. in ij. col. de anna. excep. & vide de hac mate
b ria quando credatur nūcio [b] per Bar. in l. j. §. cura carnis. ff. de
☞offi. præfec. vrb. & ibi dixi. Alex. ☞Ro. in l. ſciendum. de ver.
obliga. & do. Io. de Platea in l. prohibitum. ſ. de iure fiſ. & per
do. Anto. in c. quod ſuper his. de fide inſtru. vbi dicit ꝙ perſo-
næ dignæ notæ & fide digne creditur ſine literis. facit c. nobi
liſsimus. lxxij. diſt. & not. Ang. in conſi. cix. Alex. Vltimò
nota hanc legem contra baiulos committentes contra aliquē
concuſsionem. Bar.

LEX III.

OMnia. Prædia ex quacūque cauſa ad fiſcum pertinentia, à tranſuectione publicarum ſpecierum non habent immunitatem. h. d. Bart.

*De priuilegijs domus Auguſtæ, vel rei priuatæ &c.* *Rubrica.*

LEX I.

PRiuatas. Ad extraordinaria munera, vel ſuperindicta etiam fiſcalis poſſeſſor non cogitur. hoc dicit.

1 ☞*Comitatiui ſoliti portare granum Cluſinum ad ciuitatem Perusij, nō poſſunt urgeri ut portent ad alium locum longiorem.*

Lex



LEX II.

REm priuatam. Prædia Principis à tranſuectione publicarum ſpecierū nullatenus hodie excuſantur, ſicuti nec prædia priua-
torum, licet aliquando excuſata fuerint: quia vltra ſolitum lo-
cum tales ſpecies portabantur. quod hodie fieri non permitti
1 tur. h. d. †In tex. ibi: quibus ante: optimum argumentum præ-
ſtat hæc litera, ꝙ cū de conſuetudine ciuitatis Perusij ſit ꝙ gra
num Clusij Perusij portetur ad ciuitatē Perusij, ꝙ comitatiui
ſoliti portare nō poſſunt vrgeri vt portēt ad aliū locū longio-
rē, & magis diſtātē à Cluſio facit ſ. de ann. & trib. l. pro locis.

LEX III.

PRo tyronibus. Hic dicit Imperator ꝙ cū certus reditus aſsignat⁹ eſſet militibus certæ militiæ: & ad huius reditus præſtationem
prædia prouincialium tenerentur conferre, ꝙ etiam prædia
principis ad hoc tenentur. h. d. Bar.

1 ☞*Strata & uia ſunt diuerſa.*
2 *Statutum puniens in duplum maleficium commiſſum in ſtrata, non comprehendit maleficium factum in uia.*

ABſit. Inſtructiones viæ publicæ, pōtiū & ſtratarū, inter ſordida nō numerant̄: & ideo nemo excuſatur ab eo. Concor. C. de ſac. ſan. ecc. l. ad inſtructiones.
Fallit ſi alicuius muneris publici vacatio ſit ſpecialiter conceſ-
1 ſa: vt l. cui muneris. ff. de vacā. mu. Et no. †quod dicit hic, ſtrata
rum. & ſ. dicit, viæ. Et ſic patet ꝙ hic via & ſtrata ponuntur vt
ſpecies differentes. Concor. ff. de via publi. l. j. circa fin. †Et eſt
vtile ad ſtatutū dicens ꝙ cōmittens maleficiū in ſtrata, pœna
dupli puniatur. Nam ſi accuſatio dicat ꝙ maleficiū ſit commiſ
ſum in via nō cōcludit pœnā dupli: quia ſunt attendēda verba
legis: vt l. prætor ait. §. hæc aūt actio. ver. docere. ff. vi bo. rap.

EXcepto. Nullus à ſuperindicto excuſatur, excepta Principis poſſeſsiōe. h. d. Bart. ☞Intellige niſi in contrarium appareret communis vſus loquendi
tam in via q̄ in ſtrata: qa tūc attēderetur l. librorū. ver. quod tñ
Caſsius. de leg. iij. et l. cū de lanionis. §. à ſnīa. ff. de fun. inſtru. ꝑ
Bar. ī rub. ff. de op. no. nū. qđ tñ ītellige vt ibi ī margine. Alex.

*De grege dominico.* *Rubrica.*

1 ☞*Pœnitentiæ ꝙ ſit locus in furto conſummato.*

LEX Vnica.

PRopoſitis. Subtrahēs equū à grege dñico, ipſum reſtituit, & in vna libra auri punitur: ſubtrahens de grege priuati punitur in media libra, à qua pœna releuatur, ſi
1 eum obtulerit ſponte. h. d. †Et no. hic caſum, in
quo ſubtrahens punitur alia pœna quam dupli vel quadrupli.
Item no. quòd in furto conſummato eſt locus pœnitentiæ. Si-
mile ſ. de his qui ſe defe. l. j. & ff. de alie. iud. mu. cauſa fac. l. iij.
in fin. & ſ. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. §. fin. regulariter contra, vt
l. qui ea mente. ff. de fur.

*De cupreßis ex luco Daphnes, uel Perſeidis per Aegyptum non excidendis uel uendendis.* *Rubrica.*

LEX I.

SI quis. Emētes vel vendentes arbores cupreſſi in locis hic nominatis puniunt̄. h. d.
Et eſt hæc lex argu. ꝙ eo ipſo ꝙ imponitur pœna
ementi imponit̄ vendenti. De quo in l. ij. ſ. ad leg.
☞Iul. maieſt. ☞Adde Dominicū de ſancto Gemi.
in c. j. de tempo. ordi. in vj. & in l. non tantum. ff. de re iudi. per
Raph. & Aret. Sed quid ſi ſtatutum dicit, de quolibet contra-
ctu venditionis ſoluatur gabella: an comprehendat emptionē
& venditionem. Dic quòd ſolus venditor. Caſus eſt in l. de-
bet. in fin. de ædil. edic. Adde Bald. in rubri. de reb. credi. C. &
ſequitur Ro. in not. iij. in litera g. adde Bart. in l. legem. de in-
dic. vidui. tol. vbi dicit ꝙ ſi ex forma ſtatuti punitur vendens
frumentum in alio loco q̄ in platea communis, punitur em-
ptor & emens. dic vt ibi. Adde etiam Bald. in l. fin. iij. col. C. de
ædil. act. & adde Bal. in contrarium in l. j. C. de communi ſer-
uo manumiſ. vbi dixit ꝙ ſtatutum cogens aliquem emere, nō
propterea cogit alium vendere. Et adde Sali. in rub. C. de reb.
cred. vbi dat vnam regulam ꝙ ſemper in correlatiuis lex lo-
quens de vno, trahitur ad reliquum. & ibi inducit ad ſtatutum
loquens de debito, an comprehendat creditum, punitur quan
do ſtatutū loquit̄ de digniori. gl. ibi in rub. præalleg. Alexan.

LEX II.

OMnes. Authoritate propria nullus pōt in luco Daphnes incidere cupreſſos, nec eas collapſas aliò transportare: contra faciens punitur. Itē plan
tans cupreſſum non poteſt aliam ob hoc incidere, ſed pro tali
plantatione à fiſco vnam libram auri conſequetur. h. d. Nota
legem pro cōſtitutione papali diſponēte ꝙ de maſſa trabaria
nulli ſit licitū excidere abietes, nec eas collapſas aliò portare.

Finis libri xj. Sequitur xij.

*De dignitatibus.* *Rubrica.*

Continua rubricam vt in gl. Vel dic vt dictum eſt in libro præcedenti de multis qualitatibus perſonarum: ſed quia dignitas eſt qualitas, quæ inhæret perſonæ, vt dicitur ibi in l. j. ideo ponitur hic rubrica, de dignitatibus.

1 ☞*Militia an ſit dignitas. remißiuè. & infra nume. 83.*
2 *Doctor torqueri non poteſt, nec perſonaliter capitur. nume. 11.*
3 *Donatio facta in concubinam per doctorem, non tenet.*
4 *Doctor non tenetur ultra quàm facere poteſt.*
5 *Pro delicto non ſuſpenditur, nec decapitari poteſt. num. 30.*
6 *Habentes domum ad locandum, coguntur doctoribus locare.*
7 *Doctoribus competit actio popularis.*
8 *Doctorum filij præferuntur alijs, & gratis promouentur.*
9 *Doctoris perſona diſcipulo honeſta uideri debet.*
10 *Doctor ſine literis eſt de conſilio Principis.*
*Efficitur comes ſi legit per uiginti annos.*
*In ius uocatur ſcriptura, non uerbo.*
12 *Doctor non ſubit munera perſonalia.*
*Doctor habet iuriſdictionem.*
*Doctor non punitur corporaliter, niſi degradetur. & nume. 30.*
13 *Præſes ſcribens doctori, ſi appellat eum fratrem, punitur.*
*Extrahens doctorem de domo, capitis pœna punitur.*
*Doctori creditur de uita, & peritia ſcholaris.*
14 *Doctoris interpretatio eſt probabilis.*
*Doctori credens excuſatur ab expenſis.*
15 *Doctori conſuetudinem alleganti creditur.*
*Gaudent doctores priuilegio immunitatis.*
*Dicitur habere dignitatem.*
16 *Non tenetur ſoluere gabellas.*
17 *Scholaris magni ingenij, licet non ſtuduerit per quinquennium doctorari poteſt.*
*Scholaris, qui doctoratur, debet eſſe maior xvij. annis.*
*Moribus alios antecellere.*
*Examinatur à ſeptem doctoribus.*
18 *Spurius.*
*Iudæus uel mulier non poteſt doctorari.*
19 *Priuilegia conceſſa militibus trahuntur ad doctores, uel aduocatos. remißiuè.*
20 *Doctor legum eſt maior omnibus profeſſoribus.*
*Orator præfertur alijs profeſſoribus.*
21 *Doctor poſtquam recipit inſignia, reprobatur: & ſemel approbatus non poteſt amplius reprobari.*
22 *Doctor cum eius familia non poteſt ſcrutari de armis.*
*Doctor non tenetur ſoluere collectas.*
23 *Scholaris ſtudens non tenetur ad munera in propria patria.*
*Scholaris uagabundus, an poßit doctorari.*
24 *Doctor ſenex non eſt ſemper iuueni præferendus.*
25 *Scholaris licentiatus ante ſuſceptionem bireti, non habet priuilegia doctoratus.*
26 *Licentiatus quando habeatur pro doctore.*
27 *Scholaris ſolo uerbo uocatus doctor ab Imperatore, habet priuilegia doctoratus. & numero 29. quando.*
28 *Doctor legens dum legit, dicitur ciuis illius ciuitatis.*
29 *Imperator ſolo uerbo doctorem creat.*
31 *Scholaris doctus præfertur doctori ignaro.*
*Scholaris qui exceßit xxv. annum, præſumitur non addiſcere.*
32 *Scholaris, qui incipit ſtudium patre uiuente, an debeat ſtudere de bonis cōmunibus.*
33 *Doctori promittenti ſcholaribus maria & montes, non eſt credendum: & eſt præſumptio contra ipſum.*
34 *Mulier ſequitur conditionem patris: & an illuſtris ſi nubat clarißimo. & nume. 40.*
35 *Dignitas proueniens ex accidenti, non extenditur ultra pronepotes: ſecus ſi ex origine. & vide latius numero 20.*
36 *Conſules dicuntur clarißimi.*
37 *Hic titulus in quo differat à tractatu primi libri ſuprà, ubi tractat̄ de dignitatibus.*
38 *Officium quòd ſit aliud à dignitate.*
39 *Caſus in iſta lege.*
40 *Nobiles habent dignitatem.*
*Mulieres habent nobilitatem & dignitatem: & qualiter. nu. 42.*
41 *Dictio uir, qualiter accipiatur.*
43 *Abbatiſſa dicitur habere dignitatem & adminiſtrationem in ſuas monachas.*

a ℭ Dignitas. vide Fel. in c. cleri. circa fi. j. co. de iudi. vbi qđ nõ eſt dignitas. Adde Iaco. Rebuf. in l. j. nu. x̃s. de mun. & hon. & oĩno per Lu. Ro. ſing. ſuo cõſl. ccccvij. inci. an ſit militia dignitas.

b ℭ Nõ poteſt. de oĩb⁹ infraſcriptis vide Feli. in ru. de magi. vbi plenè. et ꝗ ſint eorũ ꝓrogatiuæ. Ego ãplio hoc dictũ, ſ. ꝙ doctor nõ poſsit torq̃ri, vt ꝓcedat, et ſi cõſuetudo ſit in cõtrariũ. ita no. caſus eſt ſing. ſecũdũ Bart. in l. oẽs iudices ſ. de decu. lib. x. quem ad hoc refert & ſeq̃t Ro. ſing. ſuo ccccxc. inci. milites doctores & decuriones. & ibi in apoſt. multa vtilia ad hanc materiam.

c ℭ Præferẽdus. Adde Feli. in c. clerici. circa me. ij. col. de iu. et latè in ru. de ma. & obed.

44 *Dignitas quot modis dicatur, & qualiter accipiatur: & quid ſit, quando eſt idem quod nobilitas. nu. 47.*
45 *Dignitas nõ diuiditur per gradus: et qui ſunt illi gradus.*
46 *Nobilitas an ſit idem quod dignitas.*
47 *Diuitiæ quod conferãt ad nobilitatẽ, ubi circa finẽ quòd poſſunt eſſe cauſa remota ad nobilitatẽ acquirendam.*
48 *Mores boni in aliquo, & antiqui dicuntur, ſi durauit in actibus uirtuoſis per decem annos.*
49 *Nobilitas tranſit in filios, niſi propter eorum delictum illam amittant.*
50 *Nobilitas non tranſit ad baſtardum.*
51 *Nobilis an dicatur, qui deſcẽdit à parentibus ualentibus: puta patre uel auo, licet ipſe ſit modicæ conditionis.*
52 *Ruſticus licet probus, diues, & ualens: tamen nõ dicitur nobilis.*
53 *Filius natus ex nobili, quando dicatur nobilis, & quãdo ignobilis.*
54 *Nobilitas an conſequatur ex natiuitate.*
55 *Nobilitas quæ habetur ex progenie nõ durat ultra pronepotes.*
*Origo non eſt dignitas, nec dignitatem tribuit.*
56 *Nobilitas an detur ubi uirtus datur.*
57 *Nobilitates ſunt tres, ſcilicet, theologalis, naturalis & politica.*
58 *Nobilis apud Deum quis dicatur, & ſit.*
59 *Nobilitas naturalis conſiderari poteſt duobus modis.*
60 *Nobilitas naturalis uno modo conſiderata, eſt quidam habitus electiuus in medio cõſiſtens circa ea quæ pertinent ad præeſſe uel dominari.*
61 *Nobilitas politica quæ ſit. & nu. 62.*
*Nobilitas politica eſt inuenta ad ſimilitudinem nobilitatis theologalis.*
63 *Plebeius in ciuitate Florentiæ ſi efficitur miles, efficitur nobilis. ſecus alibi.*
64 *Dignitatem nullus habere poteſt à ſeipſo, ſed oportet quod per alium conferatur, & eam ſibi aſſumens incidit in crimen falſi.*
65 *Tres cauſæ quæ poſſunt impellere ad concedendam dignitatem non tamẽ neceſsitant.*
66 *Dignitates etiam propter uitia conceduntur.*
67 *Dignitas quando concedatur ex mera gratia.*
68 *Præferens indignum digno, peccat.*
69 *Progenies ex cauſa concedendi dignitatem.*
70 *Nobilitas quandoq; cadit in ignorantem.*
71 *Nobilitas eſt actus uoluntarius, nec in intellectu conſiſtit.*
72 *Nobilitas poteſt alicui in puncto mortis conferri.*
73 *Infans poteſt effici miles, & coronari.*
74 *Nobilitas quæ cadit in ignorantem, non eſt propriè uirtus.*
75 *Voluntas licet non ſit uirtus, eſt tamen ſignum uirtutis de præſenti.*
76 *Nobiles in electionibus, & teſtimonijs, ubi uoces ſunt pares præferuntur plebeijs.*
78 *Princeps ſolus poteſt concedere dignitatem: et omnis, qui habet poteſtatem legis cõdendæ. & ſub nu. 77.*
79 *Magni barones, licet non ſint milites, poſſunt tamen facere militem.*
80 *Rex tranſiens per alienum regnum poteſt ibi creare milites.*
81 *Populus ciuitatis quando poßit facere milites, & concedere dignitatem.*
82 *Ciuitas, an poterit dignitates & nobilitates, quæ inducuntur à iure communi nõ acceptare ut dignitates.*
83 *Dignitas aliqua poteſt eſſe ex forma ſtatutorum, quæ non ſit de iure communi.*
84 *Miles, qui nullam habet iuriſdictionem, poteſt alium militem facere authoritate conſuetudinis.*
85 *Plebeij quidam dicuntur honeſti, quidam uiles.*
86 *Plebei ueniunt appellatione populi: & qualiter hoc probetur. nume. ſequen. & numero 98.*
87 *Practica probandi communem uſum loquendi, & ĩ. nu. 98.*
88 *Nobilitas ſemper importat acceptationem.*
89 *Nobiles delinquẽtes, de iure cõmuni plus puniũtur in pœnis pecuniarijs quã plebeij.*
90 *Princeps propter ſtatus ſalutem quoſdam remouet de ciuitate: & quibuſdam profectum ad ciuitatem interdicit.*
91 *Nobilitas habet aliqua grauamina annexa, quæ per ſe mala ſunt.*
92 *Priuatus ob delictum nobilitate & dignitate, licet ſit priuatus quo ad omnia commoda, non tamen erit priuatus quo ad onera quæ retinebit.*
*Pœna non debet eſſe cauſa præmij.*
93 *Virtuoſus ſi ſtaret & uiueret per mille annos, niſi transferatur in eum aliqua dignitas, ſemper remanet plebeius.*
94 *Qualiter oſtendatur aliquem eſſe nobilem.*
95 *Nobilitas infima dicitur illa, quæ confertur per ſtatuta ciuitatum diſponentia quòd aliqui ſint nobiles.*
96 *Verbum quod referatur ad id quod congruit in ſpecie, non in genere.*
97 *Officia habentia nobilitatem annexam, & dignitatem quæ ſint.*
98 *Practica probandi aliquem nobilem.*
99 *Communis uſus loquendi ut dicatur communis, debet eſſe longus, ſaltem decem annorum.*
100 *Nomen popularium prout differt à nobilibus, in quibus locis habeatur in iure.*
101 *Nobilis uerbaliter dicitur eſſe, qui nobilis reputatur.*
102 *Nobilitas quæ attribuitur ex genere, uſque ad quos tranſeat.*

LEX I.

SI vt proponitis.

Additio. †an militia ſit digni
1 tas[a]: vide Bar. in l. ex
a eo. ff. de teſt. mi. †Doctor primò tor
2 queri nõ poteſt[b]. l. milites. C. de queſt.
b q̃a militãt aduocati. l. aduo. C. de ad-
3 uo. di. iudic. †Donatio ab eo facta in
cõcubinã nõ valet. l. ij. C. de do. inter vir. & vxo. not. doct. in l.
affectionis. ff. de do. Io. and. in c. cũ quis. de ſepul. li. vj. Hoſt. in
4 ſum. in tit. de do. inter vir. & vxo. §. cui. ver. excipiť. †Itẽ nõ
teneť vltra ꝗ̃ facere põt. gl. in l. miles. in prin. ff. de re iu. Et vi
5 de Inn. in c. j. de magi. †Pro delicto nõ ſuſpẽdiť. l. deſertorẽ. §.
pœna militũ. de re mil. & ibi gl. In cõductione domus gaudet
6 priuilegio. d. Bar. & Bal. ĩ l. j. ff. ſol. ma. †Coguntť eñ eis ędes
locare, ſm Gul. in l. decernimus. de epiſ. & cle. & Bal. & Ang.
7 in d. l. j. ff. ſo. ma. †Popularis actio cõpetit ꝓ iniuria ſibi illa-
8 ta. Bar. in l. j. §. hui⁹ ſtudij. de iuſt. & iu. †Filij eorũ pręferuntť
æqualib⁹, & ꝓmouentť ſine expẽſis. gl. in l. iubemus. C. de ad-
9 uo. di. iud. †Perſona doctoris diſcipulo ſancta & honeſta vi-
deri debet. l. liberto. in gl. fi. de obſe. pat. præſtã. & iuxta illud
Iuue. Qui præceptorẽ ſancti voluere parẽtis Eſſe loco. Bal. in
10 auť. habita. ne fil. pro pa. †Doctor eſt de cõſilio prĩcipis ſine
literis. l. fi. de aduo. di. iu. Doctor efficiť Comes & illuſtris ſi le
git ꝑ xx. annos. l. j. de ꝓfeſ. q in vr. Itẽ ſcriptura, nõ verbo in
11 ius vocať. l. quoties. ĩ. e. †Itẽ nec ꝑſonaliter capiť. l. medicos.
12 de ꝓfeſ. & med. & ibi gl. & Bar. †Itẽ nec munerib⁹ ꝑſonali-
bus affligiť. l. grãmaticos. e. ti. Itẽ iuriſdictionẽ habet d. auť. ha
bit. Itẽ null⁹ pati debet ĩ dignitate: iõ doctor niſi degradeť, ad
pœnã mor. vel abſciſsionis mẽbri nõ cõdẽnať. l. oẽs. §. ꝓterea.
13 cũ gl. de epi. & cle. †Itẽ ſi ꝓ̃ſes iudex ſcribẽs doctori appellet
eũ fratrẽ, extraordinariè puniť. l. ij. ſ. de of. di. iu. Itẽ extrahẽs
eũ de domo ſua pœna capitis puniť l. medicos. C. de ꝓfeſ. vide
d. Car. florẽ. in cle. j. de magi. Itẽ crediť doctori, de vita ſcho-
laris xij. q. j. c. j. De peritia ei⁹ ſoli doctori ſtať. l. nemi. C. de ad-
14 uo. di. iu. †Itẽ ei⁹ ĩterꝓ̃tatio ꝓbabilis ẽ. gl. ĩ c. j. ver. interꝓ̃tat⁹.
de poſt. præl. Credẽs doctori ab expẽſis releuať, ſm d. Car. in
cle. ij. de magi. Pe. de anc. in c. finẽ liti. de do. & cõtu. & qđ no.
15 Bar. ĩ l. bonorũ. ff. de bo. poſ. †Itẽ crediť eis ſi allegãt cõſuetu
dinẽ. Bal. in l. de qb⁹. ff. de legi. all. gl. ĩ l. dos à pr̃e. C. ſo. ma. Itẽ
gaudẽt priuilegio immu. Bar. ĩ d. l. medicos. Itẽ dr̃ habere di-
16 gnitatẽ ꝑ Bar. in ꝓœ. Cod. †Itẽ nõ teneť ſoluere gabellas, ſm
Bal. ĩ d. auť. habita. Ingeniũ ſcholaris ſupplet ætatẽ. c. frequẽs.
17 de reſt. ſpo. li. vj. †Itẽ ſcholaris magni ingenij põt eſſe doctor
licet nõ ſtuduerit ꝑ q̃nquẽnniũ: vt ĩ ꝓœ. Dig. §. his igiť. Et ad
hoc vt doctor priuilegio gaudeat, debet eſſe maior xvij. an. l.
j. §. pueritiã. ff. de poſt. Itẽ morib⁹ alios debet excedere, aliàs
dignitate priuať. Bar. in l. magiſtros. ſ. de ꝓfeſ. & me. li. x. & ꝙ
18 ſit examĩat⁹ à ſeptẽ. l. ſi q̃s. C. de ꝓfeſ. †Et ꝙ nõ ſit ſpuri⁹, licet
de facto nõ ſerueť, ſm d. Bar. ĩ d. cle. j. de magi. Et ꝙ ñ ſit Iudę⁹
vel mulier, ĩ q̃b⁹ nõ cadit dignitas. l. ij. ff. de re. iu. l. fi. C. de Iud.
19 †Et an priuilegia cõceſſa militib⁹ trahanť ad doctores, vel
aduocatos, dixi ĩ repe. mea l. cẽturio. ff. de vul. & pu. in princ.
20 †Et doc. legũ ſunt maiores oĩb⁹ alijs ꝓfeſſorib⁹: vt voluit gl.
no. in ꝓœ. Dig. in §. pe. dũ voluit, ꝙ ſcholaris habeat tres iu-
dices. Orator tñ ꝓ̃ferť oĩb⁹ alijs ꝓfeſſorib⁹, vt voluit gl. in l. j.
21 ſ. de ſtu. li. vr. & ibi tex. †Et doctor ꝗ̃uis recepit inſignia, põt
tñ reprobari, ſm Bar. ĩ l. grãmaticos. C. de ꝓfeſ. & me. & doct.
ſemel approbat⁹, nõ põt ampli⁹ reprobari, ſm Bal. ꝑ illũ text.
22 in l. ij. de li. & eorũ lib. †& doctor cũ eius familia nõ põt ſcru
tari de armis. Vide Bart. & quæ ibi ſcripſi in l. medicos. C. de
ꝓfeſ. & me. & ibi etiã ꝙ doctor nõ teneť ſoluere collectas; &
q̃n ille q vult doctorari non eſt reptus, &c. & ibi etiã ſignaui.
23 †Et ſcholaris ſtudẽs nõ teneť ĩ ꝓpria patria ad munera. l. j. q
æta. vel ꝓfeſ. & ibi vide qualiť ĩtelligať ſtatutũ ſi dicit ꝙ ſcho
laris cõueniť tñ corã epo, an poterit cõueniri corã rectore, vi
de Bar. ĩ l. viros. ĩ. e. de diuer. of. li. xij. in fi. lib. & vide Bar. ĩ l. j.
24 ĩ. de tyr. an ſcholaris vagabũd⁹ poſsit doctorari. Itẽ † doctor
c ſenex nõ eſt ſemꝑ iuueni præferẽd⁹[c]. vide tex. & ibi Ang. in
auť. de mona. ĩ §. fi. & facit qđ no. ꝑ gl. & Bar. ĩ l. cũ q̃d. ff. ſi cer
peta.



25 pet. †Et no. ꝙ ſcholaris licẽtiatus ante ſuſceptionem bireti, nõ
habet priuilegia doctoratus, ſecundũ Bal. in l. bñ à zenone. de
quadri. præſcrip. & l. athletas. de excu. tuto. imò dicit Bal. in l.
26 j. in fi. ff. ſol. ma. †ꝙ in fauorabilibus licẽtiatus habeť ꝓ docto
re. Et an licẽtiatus q ſuſcepit gradũ doctoratus, poſt doctora-
tũ alterius debeat præponi illi primo doctorato. Bart. ꝙ ſic, in
27 l. j. C. de cõſu. li. xij. ꝑ illũ tex. †Et an ſcholaris vocatus doctor
ſolo verbo ab Imperatore habeat priuilegia doctoratus, vide
Mart. de Lau. in addi. ſuis in j. char. & vide Bal. in c. j. quis dica
28 tur Dux, vel March. †no. ꝙ doctor legẽs, donec legit, dicitur
tũc ciuis illius ciuitatis vbi legit: ꝑ Bar. in l. municeps. in §. mi-
les. ff. ad munici. & in l. j. e. ti. circa mediũ. vbi loquiť de ꝓ̃lato.
29 †Et no. ꝙ Imperator põt ſolo verbo creare doctorẽ, ſecũdũ ꝙ
no. ꝑ Ang. in l. j. C. de ſent. paſ. pronũciatus tñ doctor ſolo ver-
bo ab Imperatore vel papa, ſi eſt ignarus iuris, nõ habet priui
legia doctorũ, ſed vt doctor minoris ſciẽtiæ honorať. arg. l. qđ
ſi fortè. §. j. de ſolu. & ꝑ Bar. in c. j. q̃s dicatur Dux vel March.
30 †Et doctor dãnatus ad mortẽ, decapitari nõ põt. l. oẽs. iuncta
glo. in verbo, poſt amiſsionẽ. de epiſ. & cler. vbi diciť, ꝙ nemo
in dignitate cõſtitutus mori debet anteꝗ̃ degradeť. facit c. de-
31 gradatio. de pœ. libr. vj. †Et ſcholaris doctus præferť doctori
ignaro. gl. in l. iij. §. j. ff. de decu. & eorũ filijs. & eſt gl. in auť. de
monachis. §. fi. in verbo tẽpus. & eſt præſumptio ꝙ ſcholaris q
exceſſerit xxv. an. non bene addiſcat, ſecundũ Bar. in l. j. C. de
32 his qui æta. ſe ex. lib. x. †Et an ſcholaris qui incœpit ſtudium
viuẽte patre debeat perficere ſumptibus cõibus patre mortuo
33 an expẽſis ſuis, Bar. in l. j. C. de peri. & cõmo. rei ven. †& de do
ctore q promittit maria & montes ſcholari, nõ eſt credẽdum,
vide gl. & Bar. in l. nõ oẽs. §. fi. de re mili. Itẽ arg. ſuſpiciõis eſt
cõtra doctores q acquirũt ſibi ſcholares ꝑ pecuniã. l. j. §. ſolẽt.
de off. præfe. vrb. & §. ſed ſi q̃s. Inſtitu. de ſuſpe. tu. in gl. Alex.
34 †Mulier conditionẽ patris & aui illuſtris retinet, dũ tñ nubat
clariſsimo. h. d. Si aũt nuberet homini minoris cõditionis, tũc
ſecus: quia ſicut mulier propter viri conditionem coruſcat, ita
35 deprimitur: vt ſ. de inco. l. mulieres. & ĩ. eo. l. mulieres. †Vlti-
mò no. ex gl. iſta duo, primò ꝙ illa dignitas nõ extẽditur vltra
36 pronepotes. concor. ſ. de quæſtio. l. diuo Marco. †Secũdò no.
ꝙ cõſules dicunť clariſsimi. & ita eſt expedita hæc lex. Sequiť
37 repeti. eiuſdem l. †quæro in quo differt tractatus huius libri à
tractatu primi libri, in quo tractatur de dignitatibus, ſicut hic
tractatur. Rñd. in primo tractatur principaliter de officijs, ex
quibus ſequiť dignitas: hic tractamus principaliter de ipſa di-
38 gnitate. †propriè enim loquẽdo aliud eſt officiũ, aliud digni-
tas. qđ patet: põt enim quis habere dignitatẽ ſenatoriã vel con
ſularẽ, licet nõ ſit ſenator vel cõſul, vt videbitis in proceſſu. Itẽ
quis põt habere officiũ ſenatoris, & nõ habere dignitatẽ; vt di
cemus ĩ. l. quoties. Et ſic apparet qđ ſunt ſeparata breuiter. h.
d. Nobilitas mulieris, q̃ habeť ex ꝓgenie retineť, etiã ſi nubat
39 nobili, etiã maioris dignitatis non plebeio. h. d. Modò †pone
caſum in terminis cauſa ſolatij: Domine, duæ ſorores fuerũt
inuitatæ in quodam conuiuio: & quia nõ fuerant poſitæ inter
dñas cõſulares & prætorias: ideo iuerunt ad principẽ, propo-
nẽtes ꝙ auũ cõſulẽ & patrẽ habuerũt prætorẽ, & ipſę ſunt nu-
ptæ nobilibus viris, licet nõ tantæ dignitatis. Quæriť nũquid
debeãt poni in mẽſa inter nobiles reſpectu nobilitatis parẽtũ,
an reſpectu nobilitatis maritorũ. Rñdet Imperator ꝙ ſi vera
ſunt quæ proponunť ꝙ tenẽt nobilitatẽ & dignitatẽ generis:
40 & ſic poni debuerũt in mẽſa. †no. ꝙ nobiles habẽt dignitatẽ,
vt diciť ĩ. Itẽ no. ꝙ mulieres habẽt dignitatẽ, & nobilitatem ex
progenie. Itẽ no. ꝙ ſi filia vnius regis nubat vni Comiti, debet
appellari regalis: vel ſi filia vnius comitis nubat vni minoris
nobilitatis, debet appellari comitiſſa. Itẽ no. ꝙ ſi filia Comitis
nubat populari, nõ debet appellari Comitiſſa. Op. diciť hic ꝙ
iſtæ mulieres habuerũt patrẽ & auũ virũ. cõtra. ſ. de nup. l. ne-
41 mini. †Solu. expone virũ, i. hominẽ: vt gl. dicit. Pro cuius no-
titia ſciendũ eſt ꝙ nomẽ viri q̃nq; poniť reſpectiuè ad vxorẽ:
& tũc poniť nomẽ viri pro marito: vt ff. ſolu. mat. l. viro atque
vxore. & ff. de iure do. l. vir ab eo. ſ. de do. inter vi. & vxo. in ru
bro & nigro. de iure do. l. ſi inter virũ. cũ ſimilibus. Quandoq;
nõ poniť reſpectiuè, ſed poniť cũ adiectiõe denotante ꝙ ſit vir
alicuius mulieris: vt ꝑ genitiuũ caſum: vt ſi dico, vir Seiæ. vel
pronomẽ poſſeſsiuũ. vt ſi dico mulieri, vir tuus: vel ſimilia ver
ba: tũc etiã intelliguntť in dubio viro pro
marito: vt ff. de ſena. l. j. ad l. Velle. auť. ſi
qua mulier. Si verò dictio vir, cũ alia ad-
iunctiõe ponať: tũc intelligiť vir, id eſt ho
mo, vt hic, & ff. iud. ſol. l. vir bonus. & pro
ſoc. l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ. cũ ſimilibus.
Aduertendum tamen eſt, quòd nomen
vir, adultum hominem importat. Cum
verò dico vir, hominem importat: & poteſt intelligi de quo-
libet: vt ff. de lega. iij. l. cum quis decedens. §. codicil. & ibi not.
42 quod eſt notãdũ ad multa. †Secũdò oppo. ꝙ mulieres nõ poſ
a ſunt habere dignitatẽ.[a] vt l. fœminæ. ff. de re. iur. Sol. Dignita
tẽ ſine adminiſtratiõe poſſunt habere, vt hic: ſed dignitatẽ cũ
adminiſtratiõe regulariter nõ: vt in cõtrarijs. Fallit in quibuſ-
dã præcellẽtibus mulieribus: vt de cõſuetudine quarũdã par-
43 tiũ: vt l. fi. ſ. de arbi. & c. dilecti. extra, de arb. †Fallit in Abba-
b tiſsis, quas videmus habere dignitatẽ[b], & adminiſtrationẽ in
ſuas monachas, & interdũ extra, cũ habeant caſtra, & ſimilia.
Iſta dignitas ſine adminiſtratione, de qua loquitur hæc lex, ni-
hil aliud eſt ꝗ̃ dignitas, ſeu nobilitas: & ſic apud nos vocatur.
Ita dicit hæc gl. & probatur ĩ. eo. l. mulieres. & ĩ. dicã. Dicitur
enim, talis eſt nobilis domina tali notabilitate, cũ ſit comitiſ-
ſa, Marchioniſſa, & ſi. vt ĩ. oſtẽdã Eſt ergo videdũ quid ſit no
bilitas. Ad cuius declarationẽ præmitto aliquas quæſtiones.
44 †Et primò quæro quot modis dicitur dignitas. Rñdeo, q̃nq;
accipitur largiſsimè, vt oẽs dicanť in dignitate, q ſunt bonæ fa
mę, & integri ſtat⁹: vt ff. de va. & extraordi. cog. l. cognitionũ.
§. j. ibi: illæſę dignitatis ſtatus. & alibi q̃libet diciť dignus, qui
nõ reperiť indignus: vt l. cũ quidã. de lega. ij. & de manu. teſt. l.
ſeruus. & de hoc nõ loquiť hic. Q̃nque verò accipiť dignitas ꝓ
officio, qđ habet dignitatẽ annexã: vt ff. de mu. & ho. l. honor.
in prin. Et ita loquiť rub. extra de præb. & digni. & tex. in c. de
multa. eo. tit. ita loquiť glo. ff. ad l. Iul. de ambitu. l. j. quæ dicit,
quædam officia quæ ibi nominanť eſſe dignitates. Vere enim
officium ipſum non eſt dignitas, ſed habet dignitatem anne-
xam: vt. ff. de mu. & hono. l. honor. in prin. & iſto modo etiam
non loquiť hic titulus. Quandoq; dignitas accipitur pro qua-
dam qualitate, quæ facit perſonã differre à plebeijs: & iſta eſt
nobilitas ſecundũ vulgare noſtrũ, vt ſtatim dicã. Et cõſideranť
iſta duobus modis. Primò, prout iſta dignitas ſtat in nomine
generis ſui: nec habet nomen ſpeciale: vt eſſe decurio: vt ff. de
mu. & ho. l. ſpurij. in prin. & eſſe miles, & presbyter, & ſimilia,
45 vt l. ne q̃s. ſ. vt ne. priua. Sunt & alię dignitates nominatę. †&
iſtæ diuiduntur per ſuos gradus. Eſt eñ illuſtris, ſupilluſtris,
ſpectabilis, clariſsimus, vt ĩ. videbitis in proſecutiõe materiæ.
& iſtis nominibus adhuc doctores hodie vtũtur: de his loquiť
46 hic titulus. Secundò †quæro, & reuoco in dubiũ vtrũ ſit verũ
ꝙ dignitas prout accipiť vt ſeparata ab officio, vel adminiſtra
tione ſit idẽ ꝙ nobilitas. Rñdeo, ſi quidẽ nobilitas accipiť pro
priè prout facit quẽ differre à plebeijs: & de iſta loquiť hic; &
tunc dico ꝙ eſt idẽ nobilitas & dignitas. Probo: Sola dignitas
eſt, quæ facit quẽ differre à plebeijs, & quẽ nõ eſſe plebeiũ: vt
ff. de ſuſp. tu. l. j. in fi. & l. iij. §. tutores. et ibi hoc Ia. de Aret. po-
nit ꝙ oĩs carẽs dignitate eſt plebeius. aliàs qui eſt in dignitate
deſinit eſſe plebeius. probať C. vt ne. priua. l. ne q̃s. Illud ergo
qđ ſecundũ noſtros mores appellať nobilitas: illud idem eſt di
gnitas, quæ facit quẽ nõ eſſe plebeiũ. Propterea hoc videť ex-
preſſum Inſtit. de iure natu. gen. & ciui. §. plebiſcitũ. ibi gl. di-
cit ꝙ plebs cõtinet oẽs exceptis nobilibus. In tex. verò dicti §.
appellantur nobiles patricij & ſenatores, qui habẽt dignitatẽ
& facit ff. de verbo. ſig. l. plebs. in prin. Sed poſſet dici ꝙ ille. §.
plebiſcitũ. probat contrarium. Dicitur enim ibi ꝙ plebis ap-
pellatione continentur omnes, exceptis ſenatoribus & patri-
cijs: ſed multæ ſunt aliæ dignitates inferiores à ſenatoribus, et
patricijs: vt ĩ. tit. ij. l. nemini. ergo patet ꝙ multi habẽtes digni-
tatẽ ſunt plebeij. id eſt, homines habentes inferiorẽ dignitatẽ
à prædictis: & ſic nõ omnis, qui eſt in dignitate, deſinit eſſe ple
beius. & ſic nõ eſt idem nobilitas & dignitas. Sol. Ibi ponitur
nomen patriciatus in genere pro omnibus patribus ciuitatis:
ſic pro omnibus habentibus in ciuitate dignitatem: vt patet
ff. de origi. iur. l. ij. §. deinde cum ærariũ. & §. eiſdẽ tẽporibus.
ſed l. nemini. ĩ. ti. ij. loquitur de alio magno patriciatus hono-

a ℭ Dignitatem. Adde Feli. ĩ c. dilecti. de maio. & obe.

b ℭ Dignitatẽ. An Abbatiſſa dicať habere dignitatẽ, vide Felin. in c. meminimus. in j. col. ver. vlterius quęro. de accu.

a ¶ Animū. Facit dictū Valer. Maximi in c. de mu. fortunę in exē plo de Syphace rege: & in fi. dū inqt: itaqꝫ neqꝫ dici debeant bona, quę inflictorū malorū amaritudinē deſiderio ſui duplicant.

b ¶ Nobilitas. Adde beatū Chryſo. ſuper matt. in homil. xv. fo. xlij. verſi. bene autem ait. vbi inquit ꝙ nihil eſt ꝙ ſic hominē facit inſignē atqꝫ cōſpicuū, etiā ſi magno ambitu optet latere, vt ſplēdor iſte virtutis: ſicut em̄ ipſo ſole circūdatus ita vtiqꝫ clar⁹ refulget, nec in terrā ſolūmodo rutilatus ꝓpriæ virtutis emittit, ſed ſupra ipm etiam cœlum ꝓprio fulgore radiabit.

c ¶ Sumantur. Vide tu ad hoc copioſè et no. Felin. in c. ſuper eo. in fi. j. col. in ver. no ſecūdò. cū ſeq. de te. et do. Socin. in conſi. cclvj. inci. elegāter & ſubtiliter. ver. prima ratio eſt: quia in ij. parte. chart. cxxj. & Paulū de Caſt. in conſi. cxxviij. & in cōſi. cxxix.

re, qui cœpit eſſe poſtq̄ fuerunt creati Imperatores. Præterea iſtum intellectū ponit Hug. ſub dictione plebs. Pręterea certum eſt ꝙ dignitas nō debet concedi, niſi ei qui ſit in aliqua poteſtate ſaltē ꝙ ſit decurio; vt l. honores. §. is q. ff. de decu. Nā plebeius nō poteſt eligi ad dignitatē, vt ibi patet. Sed alibi dicit̄ ꝙ ad dignitates debēt eligi nobiles; vt in aut. de defen. ci. in §. interim. & §. fi. ergo patet ꝙ ob hoc qđ dicit nobiles, intelligit̄, hoc eſt, in dignitate poſitos; vt in aut. de defen. ciui. et ſic nobilitas & dignitas ſunt idē. Præterea hoc patet in l. quæro. de nata. reſtit. vbi dicit nobiliſsimus Imperator. Ideo autē dicit̄ nobiliſsimus in ſuperlatiuo gradu; quia eſt in dignitate in gradu ſuperlatiuo. Præterea hoc patet in diuina ſcriptura Mar. xv. c. ī fi. vbi venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis decurio. quaſi dicat, erat nobilis; quia erat poſitus in dignitate decurionatus. Cōcludit̄ ergo ꝙ nobilitas, quæ facit quē differre à plebeio, eſt quædam dignitas eo modo ſumpta, quo dixi s. ſ. ſeparata ab adminiſtratiōe. Ideo nos videmus in noſtro vſu noīari dignitatē illam, à qua procedit nobilitas. Dicimus enim regales, ducales, marchiones, comites, & ſimilia. Quoſdā vero vocamus nobiles ſimplices; quia vt dixi, quædā erant dignitates noīatæ: quędā innoīatę. Ergo apparet. qa licet ſub noīe nobilitatis nō habeamus aliquē ſpecialem tractatū; tn̄ habemus hūc librū de dignitatibus, & in multis alijs partib⁹ iuris; ideo de nobilitate rectè tractare poſſumus. Poteſt etiā accipi nobilitas multis alijs modis: & tunc nō eſt idē ꝙ dignitas, vt ſtatim videbitis. Tertiò ergo quęro qđ ſit nobilitas, ſeu dignitas, ꝓut idē ſunt. & vt circa hæc veritas elucēſcat multorū opiniones referā. Fuit em̄ quidā noīe Dātes Allegeri de Florētia poeta vulgaris, laudabilis, & recolēdæ memoriæ, qui circa hoc fecit vnā cantilenā in vulgari, quæ incip. Le dolce rime damor, che ſolea trouare li mei pēſieri, &c. & ibi recitat tres opi. antiquorū. Prima eſt, quæ dicit
47 ꝙ quidā Imperator dixit ꝙ † nobilitas eſt antiqua æris, & diuitiarū poſſeſsio cū pulchris regiminibus & morib⁹. Alij dixerūt ꝙ antiqui boni mores faciūt hoīem nobilē. & iſti de diuitijs nō curāt. Tertij dicūt, ꝙ ille eſt nobilis, q deſcēdit ex patre vel auo valētibus. & oēs iſtas opi. reprobat. Vltimò ipſe determinat, ꝙ quicūqꝫ eſt virtuoſus eſt nobilis. Itē pōt eſſe nobilitas etiā vbi nō eſt virtus: & ſic nobilitas habet in ſe plus q̄ virtus. Exēplū in puella verecūda. nā verecūdia eſt diuerſa à virtute: & tn̄ in ea eſt nobilitas. Cōcluditur igit̄ ꝙ oīs anima prędeſtinata à Deo in felicitate, vt in omni tēpore bene operetur etiā anteq̄ alium actū virtuoſum operet̄, dicat̄ nobilis. & iſta ſunt eius dicta in ſumma. De quolibet ergo largè & latius videamus ſingulariter. Prima ergo opinio fuit, ꝙ quidā Imperator dixit ꝙ nobilitas eſt antiqua poſſeſsio æris, ſeu diuitiarum, cū pulchris regiminib⁹, & morib⁹. Et iſtud reprobat ipe dicēs ꝙ iſta diffinitio eſt falſa & imperfecta. falſa: qa diuitiæ nō poſſunt dare nec auferre nobilitatē. qđ apparet: qa diuitię ex ſe ſunt viles. & qđ vile eſt, nobilitatem nō pōt cōcedere. Vilitas aūt earum apparet: qa diuitiæ cōgregatæ nō quietāt ani
a mū [a], ſed maiorē curā tribuūt. Itē illa diffinitio eſt imꝑfecta: qa alijs modis cōtingit nobilitas: vt j. dicet̄. & iſta videtur intētio poetæ prædicti. Primū qđ dicit, ꝙ qdā Imꝑator poſuit diffinitionē prædictā: hoc nō reperit̄ in corpore iuris: ſed fortè ipſe in alijs hiſtorijs inuenit: tn̄ contra reprobationē ſuā arguo ꝙ diuitiæ cōferūt ad dandā nobilitatē: qa quicqd cōfert ad virtutē, cōfert ad nobilitatē. Iſtud patet ex dictis ſuis: q di-
b xit, ꝙ vbicūqꝫ eſt virtus, ibi eſt nobilitas [b]: & ſ̄m iſtud nobilis eſt ille, quē nobilitat ſua virtus: ſed diuitię cōferūt ad magnanimitatē, quæ eſt virtus: vt habet̄ à ſancto Tho. in ij. ij. q. cxxviij. c. fi. & ꝑ philophū iiij. Eth. vbi tractat de magnanimitate: ergo cōfert ad nobilitatē. Pręterea quicqd cōfert ad felicitatē cōfert ad nobilitatē, ſ̄m eūdem: ſed diuitiæ cōferūt ad felicitatem: qa ſine ipſis nō cōtingit hominē eſſe felicē, ſ̄m Philoſo. j. Ethi. ergo &c. Præterea eorū diffinitiōes ponit Philoſoph. v. Politi. circa primū vbi ſic ait: Nobiles em̄ eſſe vident̄, quibus aſsiſtūt ꝓgenitorū virtus & diuitiæ. Finaliter cōcludo ꝙ diuitiæ nō ſunt dignitates, nec dignitatē poſſunt dare directè, vt dicit poeta: poſſunt tn̄ eſſe cauſa remota, ob quā nobilitas euenit: & obuēta cōſeruabit̄. & ita cōcludūt rōnes in oppoſitū facta. & hoc eſt verū, vt j. dicā. & in hoc bene dicit poeta. Secūda opi. fuit eorū, qui prędictā opi. reuoluerūt hoc modo, ꝙ antiqui boni mores cū poſſeſsione diuitiarū faciūt hominē nobilem, & optimā partē ademerūt: qa fortè ipſi nō habebāt eā. & hæc ſunt verba poetę, quaſi dicat ſecūda opi. ꝙ ſoli antiqui boni mores faciūt quē nobilē. Iſtā opi. ipſe dānat. Iſti vident̄ pręſupponere ꝙ ex vili patre nō pōt deſcēdere nobilis filius. qđ patet: qa requirūt antiquitatē. Ex hoc eorū antecedēti ſeqret̄ ꝙ oēs ſumus nobiles, vel oēs ſumus ignobiles: qa ſi primus parēs fuit nobilis; ergo oēs deſcēdentes ſunt nobiles. Si primus ignobilis: ergo oēs deſcēdentes ignobiles: qa nunq̄ in ꝑſona alicui⁹ potuit incipere nobilitas ſeu dignitas. Nā aut ipſi habēt dicere ꝙ mūdus fuit ab ęterno cū multitudine oīm: qđ eſt falſum, & cōtra fidē Chriſtianā. Mihi vr̄ ſalua reuerētia tanti poetæ ꝙ dictę rōnes factę ad reprobādū dictas opi. nō ſunt veræ. Primo em̄ authoritas, quā ipſi aſſerūt ex dictis eorū, ſ. ꝙ ex vili parēte nō poſsit naſci nobilis fili⁹: nā ipſi reqrūt antiqtatē
48 bonorū morū. † Certè iſta antiqtas pōt eſſe in vno hoīe. Nā ſi durauit lōgo tpe x. vel xx. an. in bonis morib⁹, dicent̄ antiqui boni mores, vt ff. de legi. l. de qb⁹. in gl. ſup ver. inueterata. vn̄ ex iſtis actib⁹ virtuoſis nō erit nobilis, niſi cōpleto longo tpe. Iſtud vr̄ exꝓſſum in doctorib⁹, q nō cōſequunt̄ dignitatē cōmitū, niſi expletis xx. an. in legēdo, vt de ꝓfeſ. q in vr. l. j. li. xij. Præterea poſito ꝙ antecedēs eſſet verū, nō ſequit̄ cōſequēs ꝙ oēs eſſem⁹ nobiles vel ignobiles. Pone em̄ ꝙ Adā fuit nobilis.

c **Additio.** Et qui ſint iſti nobiles & quot modis ſumantur [c], vide text. & ibi Bald. in l. nobiliores. de cōmer. & mer. vbi dicit ꝙ qui facit artē mercātium, nō poteſt
49 eſſe nobilis: quod no. cōtra dn̄os Venetos. Alex. † Et nobilitas trāſit in filios, niſi propter eorū delictū eam amittāt. Nā ꝓpter delictū qs infamat̄, & ꝓpter infamiā perdit̄ nobilitas et dignitas: vt j. l. ꝓxi. & l. quoties. Si ergo aliqs ex filijs ſe geſsit virtuoſè, retinet nobilitatē, & erit nobilis. & ſi alius geſsit ſe vitioſè, perdit nobilitatē, & erit plebeius. Et ita fuit de facto in Cain, q occidit Abel fratrē ſuū ꝓpter qđ perdidit nobilitatē patris: vt habet̄ Gen̄. iiij. c. Et de hoc multa exēpla ponuntur per Valeriū Maxi. ſub rubr. qui à patri. degenerauerunt.
50 † Itē pone ex eodē patre nobili natum vnū filium legitimū, et alium baſtardū: certè ad legitimum tranſit nobilitas, nō ad baſtardū: vt l. cùm legitimè. de ſtat. homi. & de ſena. l. liberos.

**Additio.** No. per doct. in l. fi. C. de verb. ſig. & per Bal. in l. j. & Ang. & Imo. in l. ex facto. xxiiij. col. ad Trebel. Alex. Exēplum in Abraam, qui habuit filium legitimum, & alium naturalē ex ancilla. Gen̄. xxj. Eodē modo nō ob. dictæ rōnes tertiæ opi. vt ſtatim dicā. licet em̄ iſtę reprehēſiones nō videant̄ cōcludere: tn̄ verū arbitror ꝙ antiquitas morū nō eſt nobilitas, nec nobilitatem facere pōt: ſed pōt eſſe
51 cauſa nobilitatis vt j. dicā. † Tertia opi. fuit, quod illi dicant̄ nobiles, qui deſcēdunt à parentibus valētibus, puta patre vel auo, licet ipſe, qui deſcēdit, ſit modicæ cōditionis. Iſtud reprehēdit poeta eadē ratione: qa videt̄ præſupponere ꝙ nō ſit nobilis, niſi qui naſcitur ex nobili. Et quia ex ruſtico non poteſt naſci nobilis: ex quo ſequātur cōſequentiæ falſæ vt s. dictum eſt. Sed nō eſt verū quod ipſi hoc præſupponāt. Dicunt enim ipſi ꝙ ex valentibus parētibus, vt ipſe poeta recitat: nō aūt di
52 cit nobilibus: & poſſunt hæc habere talē intellectū. Pone, † ruſticus incipit eſſe probus homo, & valens, & tenere ſtatum nobilitatis. Certè ipſe non eſt nobilis: quia illa ruſticitas nō potuit purgari plenè & perfectè in eo: ſed filij & nepotes ſui erūt nobiliores, vt tota die videmus in ruſticis peruenientibus ad aliquem gradum ciuitatis. Vnde ex patre ignobili, tamen valente; naſcitur filius vel nepos nobilis: & ſic nō præſupponit illud



illud qđ poeta dicebat: & poſito ꝙ ꝓſupponeret: nō ſequeret̄ ꝙ illæ eſſent falſæ cōſequētię: vt dixi in pręcedēti opi. ver. mihi videt̄. Itē reprobat poeta dictā tertiā opi. in eo qđ adiecit: licet ipſe ſit modicæ cōditionis. Nā talis eſt viliſsimus: quia habuit viam nobilitatis paratā à parētibus, & ipſe nō ſeruat eā: & talis vituperēdus eſt plus q̄ alius. Si ergo eſt viliſsimus: ergo non eſt nobilis. Et hoc tangit multos viuentes, qui vadunt per terrā: ſed quo ad mores, mortui ſunt. † Sed iſta reſponſio
53 non videtur vera. Sciendum ergo eſt quod ex parentibus nobilibus quandoqꝫ naſcitur filius nobilis, & virtuoſè viuens: et iſte erit nobilis ſecundùm omnes prædictos. Quandoqꝫ naſcitur filius reprobus: qui habet mores malos, ex quibus eſt infamis: & tunc perdit nobilitatē: vt j. l. proxi. & iſto caſu verū dicit poeta, qui eum appellat viliſsimum. Quandoqꝫ naſcitur filius, qui non habet mores, nec bonos, nec malos, & forte eſt ſegnis, qui nō eſt operatiuus: vel fortè eſt demens, vel furioſus. Et iſto caſu retinet nobilitatem. ff. de iudi. l. cęcus. & l. cùm furioſus. Et iſto caſu loquunt̄ verba illorū, qui dicunt, quod licet ſit ipſe modicæ conditionis: & ſic reprehenſio poetæ eos non
54 tangit. † Videndum eſt vtrum dictum ſuū ſit bonum, ꝙ ex natiuitate quis habeat nobilitatē. Et videtur ꝙ ſic: vt hac l. j. j. e. l. ſenator. & ff. de ſena. l. ſenatoris filiū. Et videtur expreſſum Prouerbio. xviij. c. ibi, Gloria filiorum, patres eorum. & Eccleſia. x. capitulo. ibi, Beata eſt terra, cuius rex eſt nobilis. Et exponit gl. ibi i. de ſtirpe regia. In cōtrariū eſt Iob xiiij. c. in fine. Vnde dicit ꝙ mortui ſiue nobiles ſiue ignobiles fuerunt, non intererit filiorum. Si enim nobilitates tranſirent à parentibus pro certo eorū intereſſe ignorare non poſſent. Præterea quæ ex natiuitate naturaliter habentur, non poſſunt tolli per principem: vt Inſti. de iure natu. §. ſed naturalia. Sed hoc pōt mutari: quia nubendo vni plebeio perdit dignitatem: vt hic, & l. fœ
55 minæ. ff. de ſena. ergo &c. † Præterea, nobilitas quæ habet̄ ex progenie non durat vltra pronepotem, vt hic no. gl. & j. dicā. & ſic ille, qui naſcitur ex pronepote, naſcitur ex nobili: nō tn̄ eſt nobilis. & iſta eſt vera: quia proles ſeu origo non eſt dignitas, nec dat dignitatem: vt hic, & in aut. de referen. §. fi. j. eod. l. mulieres. & ibi in genere. Nobilitans ergo Princeps eſt, qui nobilitat propter genus. meritò ergo Princeps eam pōt aufer
56 re, & dare quandocunqꝫ vult. † Quarta opi. fuit ipſius poetæ, ꝙ vbicunqꝫ eſt virtus, ibi eſt nobilitas. Et intelligitur de virtute, qua homo felix efficit̄. Itē dicit, ꝙ pōt eſſe nobilitas etiā vbi nō eſt virtus: & ſic nobilitas habet in ſe plus q̄ virtus. Exēplū in muliere verecūda: nā verecundia diuerſa eſt à virtute. & tn̄ in ea eſt nobilitas. Concludit ergo ꝙ anima ꝓdeſtinata à Deo in felicitate, vt omni tempore bene faciat, etiā anteq̄ faciat aliquē actū virtutis, dicitur nobilis. Et hæc eſt vera nobilitas, de qua pauci reperiunt̄, vt ipſe dicit. Videamus ergo an prædicta ſint vera: & oſtēdo ꝙ nō. Pone aliquē propter delictū ſuū eſſe infamē: et ſic in eū nō cadit dignitas, vel nobilitas, vt j. l. proxi. poſtea reuerſus ad bonos mores eſt factus virtuoſus: ſecundū eū iſte erit nobilis. quod eſt falſum, niſi reſtituatur per Principem: vt l. imperialis. s. de nupt. Itē pone aliquē virtuoſum de crimine damnatū, quod infamat cōtra virtutē. Certè iſte erit nobilis, ſecundū eū: quod eſt falſum, cùm infamis ſit: vt l. athletas. in fi. de his qui not. infa. Item pone ex vno Rege natū filiū qui futurus eſt reprobus, & infamis, & prædeſtinatus à Deo in damnationē. Certè, ſecūdū eū, iſte nō erit nobilis, quod eſt falſum: quia ſaltē interim anteq̄ vitia cōmittat, eſt nobilis: vt hic, & j. e. l. ſenator. cū ſimi. Itē ſequeret̄ ꝙ ſeruus virtuoſus eſſet nobilis, quod eſt falſum: vt l. fi. qui mi. non poſ. Secūdò probat̄ authoritate diuinæ ſcripturæ Eccleſi. x. A principe ſtultū poſitū in dignitate ſublimi: ergo eſt nobilis, licet ſtultus, & tn̄ nec virtuoſus, nec prædeſtinatus in felicitate. Præterea, ſi eſt natus ignobiliter, ſurget in gloria: ſcribit̄ j. ad Corinth. xv. c. Vides ergo ꝙ licet ꝓdeſtinatus ſit in gloria: tn̄ donec eſt hic dicit̄ ignobilis. Itē dicit Apoſtolus ad Corint. iij. c. Nos nobiles, vos aūt ignobiles vſqꝫ adhuc. Præterea, ſi verū eſſet dictū eius, ſequeret̄ ꝙ nullus plebeius eſſet virtuoſus, vel prædeſtinatus in ſalutē: qa ſi eſſet prædeſtinatus vel virtuoſus eſſet nobilis, ſecūdū eū: & ſic nō eſſet plebeius. Tertiò ad hoc probatur authoritate Phi. j. Ethi. iiij. c. qui dicit, ꝙ ſunt quidā homines virtuoſi, tn̄ ſunt nobilitate priuati. Pręterea, pōt eſſe ꝙ ſeruus vel ruſticus eſt virtuoſus cum omni virtute: vt quia eſt fortis, vel prudens, iuſtus, & expertus in his quæ ſibi mādabuntur: & tn̄ neſciret dominari. Certè iſte non eſt nobilis, vt dicit Philoſophus j. Ethi. lx. c. nō enim eſt nobilitas vbicunqꝫ eſt virtus. quid
57 ergo dicemus? † Dico, pro declaratione præſentis quæſtionis habemus ponere tres nobilitates. Prima eſt nobilitas Theologica, ſeu ſupernaturalis. Secūda eſt nobilitas naturalis. Tertia eſt nobilitas politica & ciuilis. De prima Theologica & ſpirituali eſt quærendū in cōſpectu æterni iudicis, apud quē nulla
58 eſt obūbratio, nec aliquid latet: vt dicit poeta prædictus. † Nā apud Deū eſt nobilis omnis, q eſt in gratia faciente gratiā, vel gratū. Itē omnis ille, q eſt virtuoſus, dico de illa virtute, q̄ facit hominē felicē, intelligo hoc, ſ. ſi eſt in charitate. Si em̄ aliqs in charitate eſt, ille eſt in gratia. non em̄ pōt eſſe in charitate ſine gratia: & iſta gratia conſiſtit in hoc ꝙ Deus ſua largitate fecit hominē gratū ſibi: vt habet̄ in Magiſtro ſentētiarū ī ij. lib. diſt. xij. & clarius ibidē ab illo reuerēdo doctore fratre Bonauentura de Balneo regio, et à ſancto Tho. in j. ij. q. cx. & q. l. & hoc eſt verū. & probatur j. Reg. ij. c. vbi dicit̄: Quicunqꝫ honorabit me, ego honorificabo eū: qui aūt cōtemnūt me, erūt ignobiles. Iſtos aūt nobiles nō poſſumus ꝑfectè cognoſcere, niſi ꝑ reuelationē. Dicit̄ em̄ Eccleſiaſt. xj. c. Neſcit homo vtrū amore vel odio dignus ſit: & multi ſunt prædeſtinati, q apud nos reputant̄ ignobiles: vt patet ex dictis authoritatibus Apoſtoli ad Corin. iiij. et xx. c. Iſtā ergo nobilitatē Theologicā dimittam⁹
59 Theologis. † Secūda igit̄ nobilitas eſt naturalis: et hæc pōt cōſiderari duobus modis. Primo, prout cōgruit animalibus rationalibus, & etiā irrationalibus, & alijs etiā ſenſu carētib⁹: & iſto mō dicunt̄ nobilia & ignobilia ſecundū nobilitatē operationū: vt in brutis patet. Videmus em̄ quaſdā aues eiuſdē ſpeciei nobiles, & ignobiles. Exēplū in falcone aliqs dicit̄ gētilis & aliqs ꝑegrinus, &c. Idē de cęteris animalibus. Idē de pomis & eod. mō inter artifices diſtinguimus quoſdā nobiles, q ſunt magis inſtructi alijs: & alij ſunt, quos ignobiles dicimus: vt s. de cōdi. in pub. hor. l. j. li. x. & C. de poſtu. l. prouidendū. & iſto modo ſeru⁹ & ancilla pōt eſſe nobilis. Et ita habet̄ Leui. ix. c. iſta ancilla nobilis. & de hoc loquit̄ Philoſoph⁹ ij. Ethi. ī prin. Et de hoc nō eſt noſtrū principaliter tractare qa per hāc nō diſtinguit̄ nobilis à plebeio, de quo q̄rimus. Secūdo mō pōt cōſiderari ꝓut cadit in hominib⁹ iſta nobilitas naturalis: & tūc debet intelligi naturalis, i. naturali rōne inducta. qđ nos Iuriſtæ appellam⁹ de iure gētiū primæuo. qđ apparet: qa ſolis hominib⁹ cōgruit. Et de iſta nobilitate Philoſophus j. Ethic. iiij. c. vbi dicit ꝙ nihil aliud q̄ virt⁹ & malitia diſcriminat ſeruū et liberū: nobiles & ignobiles. Hoc aūt nō eſt intelligendū de omni virtute, ſed de ea q̄ cōpetit aliquib⁹ prout ſunt apti dominari: nō de ea ꝓut apti ſunt ſubijci, ꝓut ꝑ Philoſophū j. Politi. ix. c. Dicēdū eſt ergo, ꝙ talis nobilitas eſt virt⁹, ꝓut cōpetit his q̄ ſunt apti dominari ſeu ꝑeſſe. Vel ponas diffinitionē virtutis
60 quā ponit Philoſoph⁹ j. Ethicorū. Cū dicta adiectiōe † tu dicas ꝙ hæc nobilitas eſt qdā habit⁹ electiu⁹ in medio cōſiſtens circa ea q̄ ꝑtinēt ad ꝑeſſe, vel dominari. Et cū hac determinatiōe poſſet eſſe verū qđ dicit poeta. & de hac nobilitate habet̄
61 lvj. diſt. nunq̄ de vitijs. † Tertia nobilitas eſt politica, ſeu ciuilis, ꝓut differt nobilis à plebeio, ſecūdū qđ accipim⁹ apud nos & in foro noſtro: tūc qđ dicit poeta ꝓdictus oīno non eſt verū: qa tūc ſequerent̄ incōueniētiæ ſupraſcriptæ. Quid ergo dicēdū? Rn̄. Hoſti. in Summa, de ꝓbē. & digni. ꝙ dignitas eſt præeminētia quædā. Idē ergo dicendū de nobilitate: qa nobilitas & dignitas idē ſunt, vt dictū eſt: ſed certè nimis gn̄aliter loquitur: qa etiā ſerui habent præeminētias, vt ordinarius, & vicarius, & etiā plebeij, & ruſtici habēt pręeminētias, ſ. ꝙ quilibet paterfami. in domo ſua habet præeminentiā. Inn. verò in c. de multa. de præbē. dicit, ꝙ illa eſt dignitas, quæ reputat̄ dignitas: & ſi nō reputat̄ dignitas, nō eſt dignitas. Iſtud nō probat̄ rōnibus, & nimis gn̄aliter loquitur, tn̄ veritati propinquior eſt. Quid ergo dicendū? Reſpō. ꝙ nobilitas apud nos inuenta eſt ad ſimilitudinē, & imitationē illi⁹ nobilitatis, quę eſt apud Deū: vt in aut. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. itaqꝫ. s. de offi. ꝓfe. præto. Afri. l. j. & l. in nomine Domini. in prin. & de nup. l. imperialis. ī prin. Sicut ergo ille apud Deū eſt nobilis, quē Deus ſua gratia ſibi gratū facit: ita ī foro noſtro ille eſt nobilis, quē

Princeps ſua gratia,vel lex ſibi gratũ,vel nobilẽ facit.Nõ ta=
men poteſt eſſe ſimilitudo per omnia:& ideo de hac nobilita
te ꝑut intelligit̃ apud Deum, relinquit̃ Theologis, quib⁹ eſt
ſtandum.Prout verò loquimur de nobilitate apud nos: pone
diffinitionẽ verã,& examinabo eã:ex qua apparebit theori=
62 ca & practica huius materiæ. †Nobilitas eſt qualitas illata
per principatũ tenentẽ,qua quis vltra honeſtos plebeios acce
ptus oſtendit̃.Examinemus iſta verba diffinitiõis.Dixi ꝙ no
bilitas eſt qualitas.hoc eſſe verũ apparet: quia poteſt adeſſe,
vel abeſſe præter ſubiecti corruptionẽ: vt apparet in muliere
plebeia,quę nubit nobili,quæ ſtatim efficit̃ nobilis:vt j.eo.l.
mulieres.& l.fœminæ.de ſena.& in his quib⁹ imperator cõce
dit dignitatẽ:vt per totũ hunc librũ.Item ea dignitas quę ad=
eſt,põt abeſſe,vt in muliere nobili quæ nubit plebeio, vt hic:
vel in eo,qui ꝓpter delictũ perdit dignitatẽ:vt j.eo.l.quoties,
& l.iudices.& ſic eſt poſsibile ꝙ in aliqua parte temporis eſſet
qs nobilis,& alia ignobilis,& econtra. Et ex his ſequit̃ aliud.
Nã cùm de diuerſitate tẽporis,vel locorũ idem ſit iudiciũ: vt
l.vinũ.ff.ſi cer.pe.& l.fi.de cõdi.tri.ſeqt̃ ꝙ idẽ homo loco cer=
to ſit nobilis,& loco certo ignobilis:qđ eſt verũ.Pone Sarace
num nobilẽ à nobis captũ:certè,ex quo eſt captus,erit ignobi
lis apud nos:qa ſeruus.Idẽ ſi aliquis de noſtris nobilibus ca=
63 peret̃ ab eis.& iſtud eſt clarũ.Et expreſsius videmus† in ciui
tate iſta Peruſij,ꝙ ſi aliqs plebeius efficiat̃ miles, habet̃ ꝓ no=
bili.Sed in ciuitate Florẽtiæ etiã poſt militiã remanet popula
ris.& eſt expreſſum in l.munerũ.§.j.ff.de mun.& hon.hoc eſt
64 verũ:ſed clarius declarabit̃ j. †Sequit̃ in diffinitione illata.
hoc ideo dico:qa nullus poteſt habere dignitatẽ à ſeipſo: ſed
oportet ꝙ per aliũ cõferat̃.à ſua authoritate aſſumẽs eam,inci
dit in crimẽ falſi,vel in l.Iul.maieſt.vt in l.iij.§.fi.ad leg. Iuliã
maieſt.& ff.de fal.l.j.in fi.& extra de reg.iu.c.j.lib.vj. Itẽ ideo
dixi illata:qa dignitas cõfert̃ in aliũ ex mera gratia cõceden=
tis,nõ ex aliqua neceſsitate,quæ ſibi imponat̃ ratiõe alicuius
65 meriti recipiẽtis:vt in aut̃.vt iu.ſine quoquo ſuf.§.itaq;.†Fa=
teor tñ ꝙ poſſunt aliquæ cauſæ præcedere,quæ ex cõgruo im
pellũt cõcedentẽ ad cõcedendũ,nõ aũt impellũt ex neceſsita=
te:& iſtæ cauſæ poſſunt eſſe triplicis generis.Primò,virtutes
& actus virtuoſi:vt s̃.de ſtat.& imag.l.vt virtutũ.De hoc habe
mus exẽplũ per totũ iſtum librũ,vbi per actus virtuoſos dant̃
66 dignitates:vt ff.de orig.iur.l.ij.in pe.col.†Secundò,vitia,ſeu
actus vitioſi:vt d.l.ij.§.poſtea cũ Appius.vbi ꝓpter furtũ quis
cõſecutus fuit dignitatẽ,& officiũ. Et hoc videmus quotidie
apud principes ſeculares,& eccleſiaſticos,ꝙ propter vitia ali
quis ipſi Principi efficitur acceptus, & ab ipſo nobilitates &
67 dignitates conſequit̃.†Prædicta quæ dixi ꝙ ex mera gratia
cõcedit̃ dignitas:intelligo in principe, qui nõ recognoſcit ſu
periorẽ,aliàs ſuperior põt cogere inferiorẽ vt det dignitatem
alicui.& ſic quo ad cõcedentẽ erit debita:quo ad recipientem
erit mera gratia.s̃.de offi.quæſt.l.j.Et de hoc ſunt multi caſus
decretaliũ.Item qđ dixi,ꝙ propter vitia cõcedunt̃ dignitates:
68 verũ eſt loquẽdo ciuiliter. †Fateor tñ ꝙ cõcedens præferẽs
indignũ digno peccat:vt dicit beatus Tho. de Aqui.in ij.ij.q.
69 lxiij.vbi tractat vtrũ acceptio perſonarũ ſit peccatũ. †Tertiò
ſunt quædã quæ nõ ſunt vitia nec virtutes,vt ꝓgenies, ꝓpter
quã lex ſeu Princeps cõcedit dignitatẽ:vt hac l.& s̃.dictũ eſt.
& matrimoniũ:quia nobilitat̃ mulier propter virũ ſine aliqua
eius virtute.& in matre,quæ nobilitat̃ propter filium qñq;:vt
70 ff.de ſena.l.j.quod dic vt ibi. †Ex prædictis ſequit̃, ꝙ digni
tas ſeu nobilitas cadit qñq; in ignorante.quod patet: quia, vt
dictũ eſt,nobilitas cõſiſtit in acceptatione eius, qui dignitatẽ
confert.Vnde ſicut dilectio mea,in qua accepto Titiũ, poteſt
cadere in eum ignorantẽ:ita & dignitas:vt apparet expreſsè
in puero nato ex nobili:quia ſtatim eſt nobilis,licet nil intelli
gat vt probat̃ in aut̃.de defen.ciui.§.ſed interim.& no.s̃.de iu
71 riſdi.om.iud.l.priuatorum. †Ex his ſequitur, ꝙ iſta nobili=
tas non eſt in voluntate,nec in intellectu,nec eſt actus volun
tarius eius qui nobilis efficit̃.quod patet,quia cadit in ignorã
tem,qui circa id,quod ignorat,nullam habet volũtatẽ: vt no.
in l.ij.s̃.de acqui.poſſ.nec in perſona ſeu corpore:nec in parte
ſeu corpore ſenſitiuo cõſtat:ſed ſolùm acceptatione dignita=
tem cõferẽtis. Determinat̃ enim in perſona eius qui efficitur
nobilis:ſicut viſio in re viſa:& dilectio in re dilecta.Et ſic an=
te cognitionẽ illam nulla obuenit noua qualitas in perſona
nobilitata:ſed dicit̃ nobilis reſpectu acceptationis. Fateor tñ
ꝙ poſtquã ſciuerit,imprimet̃ in eũ qualitas:qa incedet vt no=
bilis,& operabit̃ vt nobilis,& ſimilia.Hoc videtur velle glo.
in l.priuatorũ.s̃.de iuriſ.om.iudi.quæ dicit ꝙ ſtatim habet di=
gnitatẽ,ſed non effectũ.Nõ ergo eſt parũ iſta nobilitas: quia
72 cùm homo ſe acceptũ cognoſcet,plura audebit. †Ex prædi=
ctis patet,ꝙ talis nobilitas poteſt alicui in pũcto mortis cõfer
ri.quod patet:quia poteſt conferri in ignorantẽ:& conſiſtit in
acceptatione alicuius.Simile in legatis quę quærũtur ignorã
ti:vt l.cùm pater,§.ſurdo.ff.de leg.ij.& s̃.quãdo dies leg.ced.
l.fi.Simile in conditionibus poteſtatiuis quæ poſſunt impleri
per alium:vt ff.de ſtatu ho.l.Arethuſa.& l.ſeq.de cõdi.& de=
monſtra.l.ij.Et ſic patet,ꝙ in puncto mortis quis poteſt effici
73 miles:& ꝙ†infans,vel pupillus,licet nihil intelligãt,poſſunt
effici milites,& coronarij.Et ſimilia probant̃ de teſt.mil.l.fin.
74 de mune.& hono.nõ cõtin.inter pa.& fi.l.fi.§.j.libr.x. †Ex
hoc ſequitur aliud ꝙ talis nobilitas nõ eſt virtus.Quod patet
quia virtus conſiſtit in voluntate,ſeu habitu mentis: vt ff.de
iuſti.& iur.l.iuſtitia.vbi dicit ꝙ hæc virtus quæ eſt iuſtitia,eſt
conſtãs & perpetua voluntas.& ſic virtus eſt in habitu volun
tatis,& in rectitudine volũtatis. quod apud Theologos & a=
pud Philoſophos eſt vulgatiſsimũ.Et ita intelligo d.l.iuſtitia.
75 & ſanctus† Tho.de Aquino ij.ij.q.lxij.vbi quærit, quid ſit iu
ſtitia:licet tamẽ voluntas nõ ſit virtus,eſt tamẽ ſignũ virtutis
de præſenti,vel ſperatur in futurũ:quia credẽdum eſt princi=
patũ tenentẽ,qui aliquẽ ponit in dignitate, hoc facere ꝓpter
virtutes.ff.de offi.præfe.præt.l.j.& propter nobilitatẽ paren=
76 tum bene ſperat̃ de filijs:vt in aut̃.de admi.of.iij.col. †Vnde
in dubio,in electionibus & teſtimonijs,& alijs actibus, vbi ſi
voces eſſent hincinde pares,præferunt̃ nobiles:vt ff.de pac.l.
maiorem.in prin.& ff.de teſti.l.iij.§.j.& l.ob carmẽ.§.fi.& ibi
no.Sequitur in diffinitione per principatũ tenentẽ.Hoc dico
77 quia ille qui tenet principatũ,poteſt concedere dignitatẽ, &
nõ alius.ff.de app.l.ſi cõſtat.extra de elect. c.ij. Itẽ quod dico
principatũ tenentẽ,intelligo generaliter:ſiue ſit ille qui tenet
principatũ oĩm,vt Deus,qui qñq; iſtas dignitates & nobilita=
tes tẽporales immediatè cõſtituit,vt lib.j.& ij.Regum.ſiue de
principe vniuerſali mundanorũ,ſicut de principe Romano=
rũ,cuius ſunt omnia:vt in l.bene à zenone.de quad.preſcri.&
l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod.de iact.de quo ſine dubio cõſtat
ꝙ per ſe & ſuas leges dignitates cõfert, ſiue ſit alius Princeps
inferior,vt Rex,marchio,dux,vel magnus Comes,qui habet
78 poteſtatẽ cõdendi leges in ſuos.†Et idẽ intelligo de quolibet
populo,qui habet poteſtatẽ cõdendi leges.ff.de mu.& ho.l.j.
circa prin.& l.vt gradatim.§.j.quod patet, quia per leges con
ceditur nobilitas:vt per totũ hũc lib.ſed ciuitatibus princeps
cõcedit ꝙ poſsint ſibi legẽ facere:vt ff.de iuſti.& iur.l.omnes
79 populi.ergo &c. †Ex prædictis multa inferũtur. Primò, ꝙ
prædicti magni barones licet nõ ſint milites,tamẽ poſſunt fa
80 cere milites,quoniã habẽt poteſtatẽ legẽ cõdẽdi. † Sed tamẽ
dubitat̃,ſi rex vel baro trãſit per alias partes extra ſuũ regnũ,
vtrũ poſsit creare milites.Et videtur ꝙ nõ:quia ibi vt priuat⁹
homo habet̃.ff.de of.præfec.vrb.l.fi.In cõtrarium eſt veritas:
qa ea,quæ ſunt volũtarię iuriſdictionis,poſſunt extra territo
81 riũ exerceri:vt l.j.& ij.ff.de off.proc.& leg. †Ex prædictis
ſecũdò infert̃ ꝙ populus huius ciuitatis poteſt facere milites,
vel cõcedere aliã dignitatẽ.Sed cõtra hoc videt̃ præalleg.l.ſi
cõſtat.de app.Sol.Intelligo ibi ad vocẽ populariũ plebeiorũ,
qui nõ habẽt authoritatẽ ſiue decurionibus de iure cõi. ſecus
82 ſi totus populus feciſſet. †Tertiò ex prędictis infert̃: ꝙ ſicut
ciuitas per ſua ſtatuta & conſuetudines poteſt derogare legi
cõi:vt l.de quibus.ff.de legi.ita poteſt dignitates & nobilita=
tes,quæ à iure cõi inducunt̃,non acceptare, vt nobilitates.Et
hoc videmus de facto hęc.nam de iure cõmuni omnis,qui eſt
dę numero cõſiliariorũ,vel decurionũ,eſt nobilis:vt ff.de de=
cur.l.ſpurij.in prin.Hæc autẽ ciuitas Peruſij nõ admittit:imò
remanẽt decuriones,ſiue cõſiliarij plebeij: ciuitas Venatiarũ
admittit.& pro hoc eſt caſus in l.fin.§.j.ff.de mune. & honor.
83 †Quartò infertur ex prædictis, ꝙ illa, quæ nõ eſt dignitas
de iure cõi:tñ poteſt eſſe nobilitas per ſtatuta vel conſuetudi=
nes ciuitatum.Exemplum: Militia de iure cõmuni nõ eſt di=
gnitas



a gnitas:ergo nec nobilitas,niſi in militibus vrbis Romæ:[a] vt j.
de eque.dig.l.j.& ibi no.tñ quædã ciuitates admiſerũt hãc no
bilitatẽ,vt in hac ciuitate:licet Florẽtini cõtra,vt dictũ eſt.Ex
hoc patet ꝙ nõ omnis militia facit quẽ nobilẽ,ſed quẽ popu=
lus acceptat.Vnde milites curiarũ,vel ciuitatũ,vt ſunt iſti hi=
ſtriones,nõ erunt nobiles:qa nõ acceptãtur vt nobiles.Ita de
his qui vocant̃ milites gaudẽtes.Poſſunt ergo per ſtatuta fieri
de ignobilibus nobiles,& ecõtra.& hoc in multis locis ſeruat̃.
84 †Sed circa prædicta dubitat̃ quõ miles,qui nullã habet iuriſ
dictionẽ,põt facere aliũ militẽ.Reſpõ.hoc poteſt facere autho
ritate cõſuetudinis,q̃ habet vim legis:vt ff.de legi.l.de qbus.
85 †Sequitur in diffinitione,qua qs vltra honeſtos plebeios,&c.
Hoc ideo dico:qa plebeiorũ quidã dicunt̃ honeſti,qdã viles:
vt j.eo.l.mulier.& l.capitaliũ.§.fi.ff.de pœ.& de arbi.l.j.§.pe.
& l.Pedius.ff.de incen.rui.naufra.§.j. licet ergo honeſti ſint
magis accepti q̃ viles,nõ tñ propter hoc ſunt nobiles,nec deſi
nũt eſſe plebeij.oportet ergo ꝙ ſint accepti vltra honeſtos ple
86 beios.†Sed hic põt dubitari quare in noſtro vulgari noĩe ple
beiorũ nõ vtimur.Reſpõ.fateor.Nã in iſtis ciuitatibus Italiæ,
& ſpecialiter Tuſciæ appellamus cõmune,& populũ:vt cũ di=
co cõmune,cõprehẽduntur oẽs nobiles & ignobiles.Cũ dico
87 populũ,cõprehenduntur plebeij & ignobiles tãtũ. †Vnde ſi
quis practicaret iſtã materiã,haberet facere articulũ,& proba
re primo de iſto vſu cõmuni loquẽdi,& intelligẽdi.quod qua=
b liter fiat,dixi plenè in l.Labeo.[b] de ſupel.leg.& dicam j.in fi.
Poſtea habet facere articulos ad probãdũ alia,quæ requirun=
tur ad nobilitatẽ.de quib⁹ j.dicã.Sequit̃ in diffinitione,acce=
ptus.hoc ideo dixi:qa nobilitas cõſiſtit in hoc ꝙ ſuperior facit
quẽ ſibi gratũ,& acceptũ,vt s̃.dixi. Sed hic inſurgit dubium.
Nã in iſtis ciuitatibus,quæ regunt̃ ad populum,illi q dicunt̃
nobiles,ſunt minus accepti in impoſitione pœnarũ,& in mul=
torum officiorũ exhibitione,& in pœnis pecuniarijs,in qbus
magis puniunt̃ nobiles quàm ignobiles,& in multorũ officio
rum exhibitione,à quib⁹ excludunt̃ nobiles:& ſic videt̃ ꝙ illi
nõ poſſunt dici nobiles,cũ nõ ſint magis accepti:ſed minus.&
88 ſic diffinitio nobilitatis eis nõ cõgruit.Reſpon.†ꝙ nobilitas
ſemper importat acceptationẽ & bonũ eius, ad quẽ refertur.
Hoc autẽ poteſt eſſe duobus modis.Vno modo ſecũdũ ſe,vel
per modũ cauſę.Alio modo ſecundũ aliũ modũ.Primo modo
quãdo ſecundũ ſe plura exẽpla ſunt ſuprà poſita:qa ideo quis
dicitur nobilis,qa acceptus,& in dignitate poſitus,& alijs an
telatus.Secundo modo per inuocationẽ,vel per modũ cauſæ,
89 & tunc procedit arg.factũ in cõtrarium. †Nã nobiles de iu=
re cõmuni plus puniunt̃ pœnis pecuniarijs:vt l.quędã delicta.
ff.de pœn.C.de epiſ.& cleri.l.presbyteri.Et licet iſtud plus pu
nire ſit malũ,tamen cauſatur à bono,& ab acceptatione facta
à delinquẽte.Nã ideo quia nobilitas,& dignitas erat ſibi con
ceſſa à lege,habuit pro maiori delicto,ſi ipſe delinquat.& ſic
eſt magis ingratus.& eodẽ modo ſtatuta vel lex hoc facit,vt
eorũ audacia cõpeſcatur.Nã iſtud plus puniri reſpectu cauſæ
denotat bonitatẽ ad bonũ finẽ,ſcilicet in exhibitione benefi=
ciorũ.Nã à quibuſdã remouent̃ nobiles.Et poſito ꝙ iſtud re=
moueri ſit malũ,tamẽ cauſat̃ ad bonũ:qa populus videns eum
multũ acceptũ,dubitat ne ſi præponeret̃ alijs,opprimeret̃ po=
pulus:& ideo nobilis ab officio remoueretur ſecũdũ inſtãtiã.
90 Et† hoc videmus in principe,qui propter ſalutẽ ſtat⁹ quoſdã
remouet de vna ciuitate,& ponit in aliã:vt s̃.de iure fiſ.l.cer=
ta forma.& s̃.ne lice.habi.metropo.l.j.ſicut aliquando præfe=
ctus interdicit propter quietẽ alicuius ciuitatis alicui aliquem
locũ:vt l.j.§.j.de offic.præfec.vrb.& cauſa iſtius põt eſſe,licet
remota nobilitas & acceptatio illius:qa potẽs minus accepta=
tur.& hoc eſt de mente Philoſophi v.Politi.vbi dicit, ꝙ pro=
pter exceſſum:vt qñ quis fuerit potẽtiæ maioris,cõſiliũ eſt eũ
relegare in agro.& alibi in eo.libro.ſic debet legibus ordina=
ri,vt nullus fiat multũ excedens potẽtia,nec amicorũ,neq; di=
uitiarum,vel pecuniarũ.Si autem nõ ſequeſtratus,faceret ſtra
ges eorum.Vides ergo ꝙ per ſe,vel reſpectu cauſæ nobilitatis
91 commune importat bonũ.† Ex prædictis apparet,ꝙ nobili=
tas habet in ſe aliqua grauamina annexa,quæ ꝑ ſe ſunt mala.
92 Ex quo infero mirabilẽ cõcluſionẽ.†Aliquis priuatur nobili
tate vel dignitate propter ſuũ delictum.Certè quo ad omnia
c commoda dignitatis & nobilitatis erit priuatus[c]: ſed omnia
nobilitatis & dignitatis onera,quatenus a
ſeparabilia ſunt,retinebit.quod apparet
per rõnẽ:qa pœna nõ debet eſſe cauſa prę
mij:vt l.ſiue hæreditaria.de nego.geſt.& b
de hære.inſti.l.ſi quis ſolidũ.præmiũ autẽ
eſſet quod releuaret̃ ab onerib⁹,vt eſt ex=
preſſum s̃.de infa.l.j.li.x.& ff.de interdi.
93 & releg.l.relegatorũ.§.fi.& l.ſeq. †Se=
quitur in diffinitione,oſtẽditur &c.Hoc
ideo dixi:qa ſi mille annis qs viueret ple=
nus oĩbus virtutibus,& princeps eũ ſum=
mè diligeret:tñ plebeius remaneret do=
nec transferat̃ in eum aliqua dignitas,ſeu
nobilitas,per quã diſtinguat̃ à plebeijs,vt
patet ex his quę s̃.dixi in illa q̃ſtione,vtrũ
nobilitas & dignitas ſint idẽ.Sed quæro,
94 qualiter fiat iſta oſtenſio.†Rñdeo,poteſt
fieri verbis exꝓſſe hoc cõtinẽtibus:& tũc
nõ eſt dubiũ:vt l.ille aut ille.§.cũ in ver=
bis.de leg.iij.In verbis tñ poteſt eſſe diffe
rẽtia.Nã princeps aliquẽ qñ nobilitat,cõ
muniter ſe refert ad nobilitatẽ,quæ habe
tur reſpectu certæ dignitatis:vt j.de præ=
po.ſacri cubicu.l.cubicularios.& de comi
ti.conſiſto.l.j.& idẽ habetur in multis ru=
95 bricis,q̃ ſequunt̃ poſt illã. Ciuitates†ve= c
rò per eorũ ſtatuta faciũt vt aliqui habeã
tur nobiles ſimpliciter,nec adijciunt qua
nobilitate.& tũc etiã erit nobilis,ſed no=
bilitate infima q̃ eſt nobilitas innominata,de qua dixi s̃.in j.q.
96 Eſt etiã ſpecies ꝑ ſe,& verbũ† debet referri ad id,cui cõgruit
ſecũdũ ſpeciẽ,nõ ad id cui cõiter & in genere:vt in l.hoc lega=
tum.de leg.iij.Qñq; hoc nõ exprimit̃:& tũc debet fieri in ali=
quo actu hoc importãte,quaſi de neceſsitate,ar.l.pro hærede.
§.Papinia.de acqui.hære.vt ſi cõcedat̃ alicui aliqđ beneficiũ,
quod haberet nobilitatẽ,& dignitatẽ annexã:vt ſi cõcedat̃ ali
cui ducatus,Marchio,vel comitatus,& ſimilia: vt ff.de mu.&
97 ho.l.honor.& in x.col.qs dicat̃.c.j. †Sed dubitatur,quę ſunt
iſta officia quæ habẽt nobilitatẽ annexã,& dignitatẽ.Rñdeo,
de iure cõi ſunt multa:vt patet per totũ iſtũ librũ:ſed quia iſta
officia nõ ſunt hodie in vſu:ideo do talẽ regulã. Illud officiũ,
ſeu ille actus,habet in ſe dignitatẽ,ſiue nobilitatẽ annexã,qđ
in vniuerſitate illa,vbi de hoc agitur,habere illã reputat̃.Iſtud
probat̃ primo authoritate Inno.in c.de multa.extra de prębẽ.
Secũdò ꝑ tex.ff.de mu.& hono.l.fi.in prin.ibi:quęſtura quoq;
in aliqua ciuitate inter honores nõ habet̃.Tertio probo ꝑ ra=
tionẽ:Dignitas & nobilitas cõſiſtit in acceptatione eius,q po
teſt tribuere dignitatẽ.Aut ergo ille populus,qui habet illud
officiũ pro nobilitate,& dignitate,habet iuriſdictionẽ:& tũc
ſine dubio ſufficit ꝙ põt inducere,vt s̃.dictũ eſt.Nec curo quo
modo iſta ſuã dignitatẽ declaret verbis ſeu factis.ff.de legi.l.
de qbus.in fi.Aut ille popul⁹ nõ habet iuriſdictionẽ:& tũc re=
quiritur volũtas Principis.ſed illa iã declarata eſt,ꝙ illud ibi
habet̃ pro nobilitate,quã vniuerſitas illa habet:vt l.fi.ff.de mu
98 ne.& hono. †Ex iſtis manifeſtè apparet qualiter debẽt for=
mari articuli,qñ aliqs vult probare aliquẽ nobilẽ eſſe.Primo
debet probare quõ vſus cõis loquẽdi & cõis modus intelligẽ=
di ſic ſe habet & habuit ꝙ appellatione cõis cõtinentur oẽs de
ciuitate nobiles,& ignobiles: & appellatione populi ſeu po=
pulariũ,cõtinẽtur oẽs de ciuitate,nobilibus exceptis.Secũdò
ꝙ cõis modus loquẽdi & intelligẽdi ſe habet,ꝙ ille,q eſt Co=
mes,vel de prole Comitũ ſeu militũ,ſit nobilis,& nõ cõtinea
tur appellatione populariũ.Tertiò ꝙ ille homo,de quo agit̃,
puta Titi⁹ eſt comes,vel de ꝓle comitũ,vel miles de ꝓle mili=
tũ,& ſimilia.& eodẽ modo ſi qs vellet ꝓbare cõtrariũ,ſ.ꝙ non
ſit nobilis:qa fortè ius cõmune habet cõtra ſe,debet facere ar=
99 ticulos in cõtrariũ.†Et aduerte,ꝙ vbicũq; ſit mẽtio de cõi vſu
loquẽdi,ſeu intelligẽdi,debes intelligere de vſu lõgi tꝑis,ſ.x.
vel xx.anno.vt in l.Labeo.de ſup.leg.& ibi habet̃ modus pro
bãdi,quẽ pulchrè poſui. Sed ſi qs faceret articulũ ſimpliciter
ꝙ talis fuit,& eſt reputat⁹ nobilis,nõ ſufficeret:qa verbũ nobi
100 le,eſt æquiuocũ:vt s̃.in ij.q.†Et ſic dictũ teſtis,q deponeret

a ¶ Vrbis Romæ.ad=
de Pau.de ca.in cõſil.
ccxxviij. quod dixi
in d.l.j.Alexã.in tex.

b ¶ Dixi plenè in l.La=
beo.poſt prin.ver.&
hoc eſt vtile ſcire.vbi
etiã poſui in addi.ad
ipſum in ver.cõmu=
ni vſu loquendi.Di=
xi poſt Bald.in l.oẽs.
nume.ij.ver.qualiter
autem formari debet
articulus.in apoſt.in
verſi.reddere cauſam
ſciẽtiæ.s̃.de ferijs.poſt
Lanfrã.in c. quoniã
contra.§.teſtiũ depo.
nu.ciij.ver. quæritur
vltra predicta in ver.
ſignifi.extra de pro=
ba.poſt Panor.in ca.
capellanus. num.j.in
ver.ſecundũ cõmunẽ
vſum.extra de fer.&
Feli.in proœ.decreta.
col.v.ver.ſecũdò not.
ꝙ ad probandũ com
munẽ vſum.& Tho.
Ferrariũ omnino in
ſuo tracta.cautelarũ
caute.lij.incip.tu ha=
bes ꝙ cõmunis opi.

c ¶ Priuatus.Adde Fe
li.in c.intelleximus.
in prin.j.col.de iudi.

a ¶Ignobiles.Add Fe. in ca.cùm adeo.de reſcri.cum nōnullis reremiſsionibus, quas in apoſtil.ibi poſui.
b ¶Nota infames non poſſe hr̄e dignitates. Adde ꝙ infamia non tm̄ repellit quem à dignitatibus habēdis, ſed & ab habitis. & an & qn̄ hoc ſit verū, dixi poſt Ia.Rebu.in l.j.nu.j.in apoſt.ī ver. ab honorib⁹ & dig.ſ. de infa.li.x.& an ipſo iure, ponit Ro.ſingu. ſuo cccevj. incip.fuit à me quæſitum.

ſup articu. nō cōluderet de neceſsitate:vt
extra,de ꝓba.ī c.in pręſentia.Oportet ergo ꝙ cōcludat ꝙ ſit nobilis ea nobilitate
q̄ facit quem differre à plebeio ſeu populari. In iure aūt iſtud nomē populariū, ꝑut
differt à nobilibus, habeť.ff.de app.l.ſi cōſtat.& de pœnis.l.capitaliū.§.ſolent.In qbuſdam tn̄ partibus prædicti, qui ſ. ſunt
noīati nobiles, appellantur magnates.vt
Florētiæ. alibi appellanť maiores:vt Venetijs. Vnde ſcd̄m diuerſitatē locorū diuerſificanda ſunt noīa,& articuli diuerſimodè formādi. qđ eſt iudicio aduocatū,q
ſunt in partibus relinquendū.Dicas ergo
ꝙ verbaliter ille eſt nobilis, q nobilis ap-
101 pellatur vel reputatur. † Ex prędicta expoſitiōe diffinitionis quæriť vſq; ad quos deſcendētes tranſeat nobilitas, quæ attribuitur ex gn̄e.Et glo.hic rn̄det ꝙ vſq; ad pronepotes:vt ſ.đ quæſti.l.diuo. quæ hoc probat. nā vltra pronepotē non eſt acceptus vltra plebeium,vt ibi not.Tu tn̄ dicas latius: Quādoq; illud,ex quo ſequiť nobilitas,trāſit ad poſteriores,vt regnum ducatus,& comitatus,& ſimilia:& tūc vſq; ad infinitū erit nobilis ille,ad quē trāſit,nō ex parentū pſona,ſed quia ipſe habet id,ex quo eſt nobilis. Qn̄que illud nō trāſit: & tūc de iure cōi ex perſona parētū non trāſit vltra ꝓnepotes,ſed ſcd̄m conſuetudinem in quibuſdā partibus Italię,oēs deſcēdētes admittuntur,vt habeanť ꝓ nobilioribus:& tūc iſtud eſt probādū.Quādoq; iſti admittunť limitatiuè,vt habeanť ꝓ nobilibus, donec ꝑuenerint ad paupertatē,& ad viles artes:& tūc incipiunt eſſe
☞ qđ tñ eſt falſum, vt hic vides. ☞ Et hic habes qs ſit vagabũdus. de quo per Bar. in l. iiij. §. prætor ait. de damno infe. in l. ad cognitionẽ. & ibi dixi. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & Bar. in l. j. C. de colonis Thracenſibus. In ver. & ſic eſt argu. inquantum Bar. vult ꝙ ſcholaris vagus gaudeat priuilegio ſcholariũ. adde gl. in ꝓœ. ſexti. in ver. cõmorãtib⁹. ꝙ licet ſcholaris parũ ſtudeat: tñ gaudeat priuilegio ſcholariũ. & do. Ant. in proœ. Decretalium ſequiť ſi honeſte viuit. Ego tñ puto ꝙ ſcholaris vagus & nõ ſtudẽs: nõ gaudet priuilegio, p gl. hic, & per gl. de ſtudijs liberalib⁹ vrbis Romę. in l. j. & gl. in c. odij. & c. egreſsi. xxiiij. q. j. vbi innuit cõtra ſcholares eũtes ad eccleſias viſum mulieres. gl. in c. ſunt qui. in verbo, qđ nã. de pœni. diſtin. j. & glo. in l. cũ ea. C. de tranſac. Facit quod per Fulg. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccle. glo. in l. j. de ſtudijs libe. vrb. Romæ. & ideo enumerati in dictis gl. nõ debẽt gaudere priuilegio, per no. p Bar. in ꝓœ. Digeſt. in j. col. vbi dixit ꝙ licet qs ſit deſcriptus in mercatorũ matricula: nõ tñ diciť mercator, niſi illũ actũ exerceat: ita in ſcholari. Facit qđ dixit Fran. Tigr. de Piſis in l. ſemper. §. quibuſdã. de iure immunita. tex. in c. xenij. in verbo, literarũ. de elec. in vj. ver. gl. & tex. in auť. habita. C. ne filius ꝓ pa. pro hoc l. ſemper. §. negotiatores. & l. ne quidã. C. de teſt. mili. & l. diuus Traianus. & l. ex ea. ff. eo. tit. vbi miles gaudet priuilegio ſi exercet militiã. facit l. ſcriniarios. de teſt. mil. Facit tex. in l. ſi duas. §. maximè. ver. non aliter. de excuſa. tut. Et ex hoc ſequiť contra Bar. ꝙ vagus & non ſtudens, nõ gaudet priuilegio. Sed põt ſaluari ꝙ loquiť ſi inhoneſtè viuat: ſecus ſi honeſtè, licet parum ſtudeat. Quid de doctore ignaro, & non ſtudẽte, vide Bar. in l. ſi. ſ. de profeſ. & medi. & ibi ſcripſi. Item quid ſi ſcholaris exercet artẽ, vel officiũ, an gaudeat priuilegio. Dic ꝙ ſic, ſi principaliter veniat ad ſtudium cauſa ſtudij. l. nõ verũ. ex quib. cau. maio. & Fran. Tigr. in d. §. quibuſdam. Quid de non intrante, ſed ſtudẽte in domo. And. de Iſer. in auť. habita. alleg. Hierony. dicentem ingenium docile, ſine magiſtro laudabile eſt licet Bal. in d. auť. indiſtinctè dixerit, ſcholarem practicantem non gaudere priuilegijs. Alex.

LEX III.

TYrones. No. cõtra iuuenes docto. qui volũt celſiorem locũ obtinere, & omnibus anteire: qm nõ p̃nt: quia tantũ illis doctoribus cõceduntur, quibus laborum aſsiduitas & ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.

*De littorum & itinerum cuſtodia.* *Rubrica.*

LEX Vnica.

SAluberrima. In tex. naucleri deponant. Not. hanc l. pro portantibus frumentum & aliud bladum, quando timent accuſari de concuſsione, vt ſemper vadant coram officiali communis & notificent ei ad quem locum portare velint: nam hoc facto non timebunt de aliqua concuſsione, quæ contra eos fieri poſsit.

*De deſertoribus, & occultoribus.* *Rubrica.*

1 ☞ *Receptantes rebelles & bãnitos ita demũ puniuntur, ſi ſciũt ipſos eſſe rebelles.*
2 *Domus in qua retinetur ludus, uel fit proditio, ſi debeat deuaſtari ex forma ſtatuti, & retineatur per procuratorem, uel per eum fiat proditio inſcio domino, quòd domus non deuaſtabitur, ſed procurator ipſe tenetur.*
3 *Officiales diſsimulantes punire malefactores, qua pœna puniuntur. remißiuè ad textum.*

LEX I.

SI quis. Recipiẽs ſciẽter deſertorem in agro vel in domo, ſi eſt actor vel procurator capitaliter punieť: ſi eſt dñs, vel prædiũ cõfiſcabiť, ſi ipſius eſt. Itẽ manifeſtãs deſertorẽ præmiať. Itẽ deſertores ſunt, qui tꝑe belli abſentauerũt ſe à ſignis. Itẽ ſi ſemetipſum prodiderit veniã mereť: puniť verò deſertor pœna mortis vilis, quã ſi iudex diſsimulat vel gratia da
1 ta diſtulerit, ipſe puniť. h. d. In tex. ibi: ſi ſciẽs, prudẽs. † No. pro
b receptãtibus rebelles: [b] qa ita demũ ſi ſciãt ipſos eſſe rebelles. cõcord. qđ no. ff. de recept. l. j. & vide qđ dixi ſ. de fabricen. l. ſi.
2 In tex. ibi: vel procurator. No. ad queſtionẽ dicit ſtatutũ † ꝙ ſi in aliqua domo fuit ludus retentus, ꝙ debet deuaſtari: vel ſi in aliqua domo eſſet ordinata ꝓditio cõtra cõmune ꝙ debet deſtrui domus ꝙ ſi actor vel procurator retinuerit ludũ in ea, vel proditionẽ ordinauit, ꝙ nõ deuaſtabiť domus, ſed procurator punietur: tunc enim ad deuaſtationẽ procediť, cum dominus domus ſcelera cõmiſerit, vt hic. quod facit ad not. ſ. de fal. mo.
3 l. j. † Vltimò no. ex ſi. legis magnã pœnã contra officiales qui pœnas legibus vel ſtatutis impoſitas gratia vel diſsimulatiõe imponere differunt. de quo hic in gl. vlti. Et ſic facit contra capitaneos Peruſij, qui malefactores diſsimulant, vt puniantur.
☞ ad quod facit quod ſ. diximus. ☞ Adde l. j. in ſi. et ibi Bal. C. de monopolijs. Alex.

a ¶ In loco. Quis dicať vagabũdus, vide gl. ſi. in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iud. vbi per Ang.
b ¶ Rebelles. An et qñ receptator teneať, vide do. Soci. in cõſi. ccxij. inci. in ea. Mat. Petri. verſi. præterea. & iij. in ij. parte, char. clxv. Adde iltũ in l. oẽs. nu. ij. & qđ ibi poſui in apoſt. ad ipſum in ver. ꝙ eſt neceſſe etiã probare. ſ. de agric. & cenſi. lib. xij.

LEX II.

SI deſertores. Deſertor inuentus reſiſtens, vt rebellis punitur. Item diligens debet eſſe iudex ne ſub prætextu alicuius licentiæ deſertor poſsit euadere. h. d. Et no. hic pro rebellibus.

*De veteranis.* *Rubrica.*

1 ☞ *Veteranus ꝙ excuſetur à pedagio.*
2 *Irreuerenter loqui non dicitur, nec malè, qui Poteſtati dicit, tu.*

LEX I.

CVm introiſſent. Veterani gaudẽt priuilegijs hic deſcriptis.
1 h. d. † No. ex hac l. de pedagio, qđ colligiť per eum, qui ſtat in porta, & nõ permittit aliquem tranſire, niſi certũ quid ei ſoluat, ꝙ ab hoc pedagio veteranus excuſa
2 tur. † No. in tex. ibi: te nobis. nõ eſſe malè locutũ ſiue irreuerẽter, ſi quis Poteſtati dicit, tu, & nos, vos: quia ita hoc fuit dictũ Imperatori. & hoc verum eſt, niſi conſuetudo ſit in contrariũ.
☞ Bar. ☞ Adde ꝙ reſcriptum papę, vitiatur, ſi reſcribit alicui in plurali dicendo vobis, &c. agatur quinq; illu. perſonæ. text. in c. quàm graui. de crimine fal. licet in c. filius. de teſta. & in c. j. de peregrinis. loquitur in plurali, Adde etiam ꝙ Imperator loquitur ſibijpſi. l. ſi. C. de edendo l. j. C. quomodo & quando iu. & in l. reſc. C. de dona. inter vi. & vxor. in l. ſecunda C. ſi pendente appel. mors interuenerit. Alex.

LEX II.

PRouidendum. Veteranus factus protector nullis iniurijs eſt pulſandus. contra faciens eſt ſecundùm qualitatem facti per rectorẽ prouinciæ puniendus. h. d. Bar.

LEX III.

VEterani. Veteranus qui ſe latrocinio dederit, priuilegijs nudatus competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. h. d.

1 ☞ *Lis ꝙ finiri debet ubi eſt incœpta licet poſt cœptã cõuẽtus efficiatur alterius fori.*

NVllus. Veteranus effectus inuitus, vel nolens non militat, & ſententia contra eum lata tali ordine non valet, niſi dum ipſe militabat, quæſtio in cognitionem eſſet deducta: quia tunc ibi finitur, licet veteranus ſit effectus, niſi ſpeciali priuilegio contrarium ſit ſibi indultũ.
1 h. d. † Et no. ex hac lege ꝙ licet ego efficiar alterius fori lite incœpta cõtra me: tamen iudicium ibidem finiri debet, vbi ini

a ❡ Accepit. Ad quod vide latè per Felin. in c.cũ ſit. de fo. cõpe.in v.col.in prin.in verſi. ampliaui conclu.

b ❡ Ordinatus.Sed qd qñ ſtatutum dicit ꝙ vniuerſitas debeat facere ſyndicũ cũ authoritate ſeu ptãte pſidis,an ſufficiat ꝙ authoritas ſeu ptãs accedat ex interuallo, vide ꝑ dominũ Soci. in cõſi.xv.inci.viſis prędictis publicis inſtrumẽtis.verſ.vel poſ.ſecũdo modo circa medium in dicta parte char.xxv.

❡ Adde pro hoc quæſito Bald.in l.habeat. nu.vj.& quod ibi poſui in apoſt.ad ipſum in verſic.nil operetur conſenſus ſequens. ſ. de ſacroſan . eccle. in lect.

a tium accepit.[a] cõcor.ff.de iudic.l.vbi cœptum.& l.ſi quis poſtea.ff.eod.ti.& l.cùm quædam puella.ff.de iur.omni.iudi.

*De numerarijs, & actuarijs, &c.* *Rubrica.*

LEX I.

VOrax. Numerarij,i.ſeruiẽtes rectoribus in diuerſis obſequijs, tormentis & carceribus puniuntur.h. d. No. hanc l.cõtra eos,qui volunt ſeruire diuerſis iudicibus in pluribus obſequijs, nã puniuntur. Adde ꝙ idẽ tenuit Spec. & Ioã. ☞ and.in ti.de inſtru. edi.§.reſtat.verſ.quid ſi is.& ver.ex præmiſ.& de prob.§.j.verſ. illud autẽ.hoc per tex.in l. Herẽnius. vbi voluit Bar.ff.de decurionib⁹. de qua q.in l.barbarius.per Inn.& alios in c.j.de fide inſtru.& Gul.de Suza in l. decernimus. de ſac.ſan.eccle.per Iac.de Bel.in diſputatiõe incipiẽ.cauet aliquo iure. quam ponit poſt l.ij. C.quomodo et qñ iud.Pau.de Leazarijs in c.cũ dilectus.de fide inſtru. per do.Ant.in repe.c.conſultationibus.in xxij.col.de iure patro,per Imo.in l.ad teſtium.de teſti.per Bald.in l.ij.de ſerui, & aqua.l.nõ ignorat,qui accuſ.nõ poſſunt.per Ioã.Fab. in §.ſed cũ aliquis.Inſti.de teſtamẽtis ꝑ Ang. in aut.de tabellionibus. §.pe.vel fi.Bal.Sal.& Ang.in l.j.C.de teſt.vbi limitant eſſe verum,niſi interueniſſet decretũ,vel creatio ſuperioris, quo caſu licet non eſſet tabellio: tamen hoc caſu valent geſta per eum. Et hoc expreſsè vult Bart. etiam reſpondens ad d.l.j.C. de teſtamen.quia illa lex non facit ad propoſitum,ſecundum eos: quia loquitur in actu teſtificandi, qui eſt permiſſus de iure cõi: cùm omnes liberi à natura naſcantur, & per conſequens in tali actu nõ requiritur decretum,ſecus in caſu noſtro d.l.Herennius.& vide Bal.in l.ij.C.de indic.vid.tol. Alexan.

LEX II.

QVi numerarii. Numerarij,qui hodie tabularij appellanť,tormentis ſubijciũtur,niſi iudicibus vel alijs ad prouinciam per Principem deſtinatis,nomen debitorum ſubactorum teſtificatione demonſtrauerint,vt eis iudicantibus ad ſolutionem oẽs fiſci debitores compellantur, tempuſq; tabulariorum triennio concludiť.h.d.Et no.hãc legẽ cõtra tabularios, & cõſeruatores,q̃ nõ aſsignãt numerũ debitorũ communis per publicũ inſtrumentũ,non faciunt litem ſuã per hanc legem.quod nota.

LEX III.

NVmerarios. Tabularij præfecti prætorio,cingulum & ordinem militiæ retinent.hoc dicit.

1 ☞ *Vnus officialis non debet ſe intromittere de officio alterius.*

2 *Deputatus ad maleficia de una porta,non debet ſe intromittere de maleficijs alterius portæ.*

IN prouinciis. In omni prouincia duo tabularij collocantur,vnus ad rationem artis fiſcalis,alius ſuper titulis largitionalibus. i.ſuper donis,quę Principi largiuntur:nulluſq; debet ſe de alterius officio immiſcere,& contra faciens punietur, & celans

1 talẽ culpã ſimiliter eſt puniendus.h.d.†No.hũc text.ꝙ nunq̃ vnus officialis debet ſe alteri⁹ officio immiſcere, vt hic de exe

2 cuto.& exact.l.ij.†Et ſic eſt caſus hic ꝙ ſi ſunt plures deputati ad officiũ maleficiorum,& quilibet ꝓ ſua porta: ꝙ deputatus in vna porta nõ debet ſcribere in cauſis maleficiorũ alterius portæ.Caſ⁹ eſt hic.Vltimò no.gl.qd ſit fiſcus, & qd ſit ęrariũ.

1 ☞ *Notarius actorum,ſi fiat notarius priorum ciuitatis,nõ propterea deſinit eſſe notarius actorum.*

EXceptores. Licet ſcriptor alicuius iudicij exiſtens efficiatur decurio, non deſinit eſſe ſcriptor:& cognoſcere debet munera ciuitatis:

1 & peracto officio ad propriam curã redit.h.d.†Et not. ex hac l.ꝙ ſi notarius actorum ſit notarius priorum ciuitatis Peruſij: ꝙ non propterea deſinit eſſe actorum: ſicuti non deſineret ſi efficeretur decurio.hodie tamen nullus decurio poteſt eſſe tabellio:vt ſ.de decu.l.vniuerſos.

NEdiutius. Numerarij à communione actuariorum abſtinere debent. contra facientes puniuntur.

1 ☞ *In creatione officialis mos antiquus ſeruari debet. Syndicus ut dicatur legitimè ordinatus, uniuerſitas mandato ſuperioris conuocari debet in loco conſueto, & ſono campanæ.*

2 *Geſta ab officiali,qui communiter reputatur officialis,cùm non ſit,quia non fuit legitimè electus,non tenent.*

3 *Lex Barbarius.de offi.prætoris.ꝙ non procedit quãdo quis non fuit legitimè electus.*

ACtuarios. Actuarij ſecundùm conſuetudinẽ antiquã ſunt ordinandi.& ſi aliter factũ fuerit,facta ab eis non valẽt,& ipſi & faciẽtes puniun-

1 tur.h.d.†No.ex prin.ꝙ vbicunq; creať officialis aliqs,ſemper debet mos antiquus ſeruari.aliàs creatio eſſet nulla:vt l. nõ tãtùm.de decu.Et ſic eſt caſus ꝙ ſyndicus creatus nõ cõgregata vniuerſitate ad ſonũ cãpanæ,vel alio modo:vel nõ cõgregata in loco,vbi aliàs cõſueta fuerat cõgregari,vel nõ congregata de mãdato ſuperioris,prout conſueuerat:nõ dicitur legitimè

b ordinatus.[b] & ita de facto obtinui,per hãc legẽ.†Ex fin.legis

2 no.ꝙ licet aliquis habeatur,& reputetur pro publico officiali & re vera nõ ſit,ex eo ꝙ nõ fuerit legitimè ordinatus,vel quia reputatur tabellio,cũ non ſit,vel iudex cũ non ſit: ꝙ acta facta

3 per eũ nullius ſint momẽti:& ipſe faciẽs puniť.Nec†obſtat l. Barbarius.ff.de off.præt.quia quãdoq; quis eſt electus ſolẽniter:tñ propter defectũ perſonæ nõ põt eſſe: & tũc facta per eũ valent,cùm ſint publica,vt ibi.Quandoq; quis poteſt eſſe,ſed non eſt electus ſecundum formam debitam:& tunc facta per eũ non valẽt,vt hic.Et ita tenet Gul.de Cug.in d.l.Barbarius.

Additio. Et de hoc vide ꝑ oẽs ſcribẽtes in l.Barbarius. per illũ tex.de off.præt.per Inn.et alios in c.j. de fi.inſtr.Spe. & Io.And.in tit.de inſtr. edi.§.reſtat.ver.quid ſi is.& ver.ex præmiſsis ſecũdo.iuncto ver.fi.& in tit. de proba.§.j.ver.illud aũt.cũ ver.ſeq.Guid.de Saza.in l.decernimus C.de ſacroſan.eccl.& per Iac.de Are.in diſputa.inci. produco cõtra tẽ inſtrumentũ,& per Iac.de Bel.in diſputatiõe: cauetur aliquo iure.& ipſe ponit in l.ij.C.qũo & quando iud. per Pau. de Lea.in c.cùm dilectus.de fi.inſtr.per Bal.& Imo.& Pau.de Ca.in l.ad teſtium.de teſt.per Bal.in l.ij.in vlti.colũ. de ſer.& aqua.& in l.non ignorat.C.qui accu.non poſ.per Ioã. Fab.in §.ſed cũ aliquis.Inſti.de teſt.per Ang.in auť.de tabel. in §. pe. aliàs fi.per Io.An.in repe.c.conſuluit.in xxxiiij. colũ. de iure patr.ꝑ do. Alex.in l.j.ad fi.C.de teſt.vbi omninovideas.Alex.

SCriniarios. A præfecto pretorio ſcriniarij vel numerarij non poſſunt pecuniam ſumere mutuo vel aliquid pro expenſis publicis cuiquam promittere.h.d.

NEmini. Nullus in numero militum ordinatus & numeratus actuarius fieri poteſt nec actuarius depoſito officio ad aliquam militiam aſpirare poteſt.h.d.

1 ☞ *Aſcendere ꝙ quis debeat de gradu in gradũ in dignitatibus,non autẽ deſcendere.*

2 *Inſtrumentum carens ſolennitate debita,non caret ſuſpicione falſitatis.*

NVlli. Scriniarius eoſdẽ numerarios vltra quaternas vices habere non poſsit,nec etiã chartularios interpellato tẽpore nõ cõtinuato:& debet eſſe in numerario interuallũ biẽnij,in chartulario anni.Itẽ numerarius ad ſimilitudinẽ chartularij nõ põt deſcẽdere. Itẽ numerarij, ſcriniariorũ Oriẽtis,& aſiane,ſcilicet diœceſis,eliguntť de numero hic notato.In diœceſi verò Pontica, & Thraciæ eligi poſſunt hi,quos ſcriniarij dixerũt eligẽdos,inſtrumẽtaq; ab eis faciẽda ſunt ſolẽnizãda ſolẽnitate hic deſcripta , aliàs ſuſpiciõe

1 falſi nõ carẽt,exceptis hic inferi⁹ nominatis.h.d.†No.ĩ dignitatib⁹ quẽ debere ſemꝑ de gradu in gradũ aſcẽdere, nõ aũt de

2 ſcẽdere.† Vltiõ no. ꝙ ĩſtrumẽtũ carẽs ſolẽnitate debita nõ eſt ☞ ſine ſuſpiciõe falſi.☞ Adde ꝙ idẽ tenet Cy.in l.iubemus.C.de teſt.vbi dixit ꝙ notarius talia omittẽs debet puniri de falſo,& parti teneť ad intereſſe.qđ ſequiť Bar.ĩ l.ſi librarius. de re. iur. Et adde ꝙ tale inſtrumẽtũ nõ valet,& ſi ꝑ imperitiã, & errorẽ notarij eẽt omiſſa ſolẽnitas aliqua ſubſtãtialis:vt no.gl.et doc. in l.



ãbiguitates.C.de teſt.& Bal.in l.iuris.C.qui admi.& intelligitur ita lex ñ.in fi.& ibi gl.ſ.de fideiuſ.ſecus ſi per errorem omiſiſſet ſoluere aliquid, quod non eſſet neceſſariũ:quia poſſet corrigere : quia talis error non obeſt.l.errores.ſ.de teſt.& d.l.ſi librarius.& l.fin.§.ſi cum eſſet.ff.de tabulis exhi.& in l. Imperator.ff.de ſtatu ho.Alex.

OFficio. Officium actuarij,quod olim durabat biennio,hodie concluditur anno.Bart.

PEr hanc. Officiales præfecti prætorio Illyricani ſi dignitatẽ comitiuã adipiſcanť, profertur ſententia interlocutoria,ſeu decretũ electionis: & illud dari eis debet quod ante hanc legem dabatur cùm officio prædicto depoſito eligebant prætoriani tribuni.h.d.

*De curſu publico, & angarijs, & parangarijs.* *Rubrica.*

1 ☞ *Conducens equum ad uecturam ſi eum percuſſit fuſte uel ligno , ob quod deterioratus eſt uel mortuus tenetur.*

LEX I.

1 EQuos. In tex.ibi:nõ lignis vel fuſtib⁹.†No. optimã legẽ cõtra conductorẽ equorum, qui equũ conduxit ad vecturã, &, vt ambu-

a laret,percuſsit eum cum fuſte [a] vel ligno,quòd ſi ex hac percuſsione equus deterioratus ſit,ad eum periculũ ſpectat:qa nõ debuit eum percutere fuſte vel ligno: ſed ſi cũ percuſsiſſet flagello vel calcaribus,& caſu equus eſſet mortuus,aut etiã deterioratus:tunc non ſpectaret ad eum periculum : quia licitè potuit equum flagello vel calcari cedere. ☞ Bar.☞ Ego puto quod ſi ſit mortuus ex percuſsione calcariũ, debet inſpici qualitas ꝑſonæ, puta ſi erat talis,qui ſolitus erat equitare.nam ſi eſſet talis, qui non eſſet ſolitus equitare , puta in ſcholari:procedat quod hic dicitur.ſed ſi erat ſolitus,& bonus equitator, credo quod tenetur quãuis ſit mortuus calcaribus,per not.per Bal.in l.quæ fortuitis.in materia leuis culpæ, C.de pigno.actio.vbi etiam dicit,ꝙ nedũ de leui, ſed de leuiſsima,& de dolo : nõ qualitas perſonarũ debet referri ad genera culparũ.l.fiſcus.de leg.iij.& in l.inter artifices.de ſolu. Alexã.

☞ *Per uiam publicam & rectam quòd quis ire teneatur.*

*Suſpicio quòd ſit contra eos,qui non uadunt per uiam rectam.*

LEX II.

PRæſidibus. Præſides & rationales,quibus annona per Rempublicã ſubminiſtrať,pro pecoribus gubernãdis vſurpare nõ poſſunt bubulcos. Itẽ nullus cũ annona aliã viã debet tenere , niſi per publicũ curſum,excepto prefecto prætorio, cui ꝑ curſum pu-

1 blicũ proficiſcẽdi licẽtia eſt cõceſſa.h.d. †No.ex hac l.ꝙ ſemper qs debet ſe tenere ad viã publicã & rectã, qua cõmuniter oẽs vtunť;adeò ꝙ ſi extra eam reperitur,mala ſuſpicio eſt cõtra eũ.quod no.cõtra portãtes,contra deuetitũ.De quo habes caſum j.eo.l.ſi quis per publicum.& ſ.de naui.l.qui fiſcales.

1 ☞ *Omnes per uiam rectam, ſi non permittunt ſe ſcrutari,capi poſſunt, & retineri per cuſtodes.*

LEX III.

EVectiones. Nullus iudex vel cuſtos publici curſus pati debet per publicũ curſum aliquem ire,niſi vadens primò ſeriem ſuæ euectionis oſtendat, & volens reſiſtere aut vltra tempus vehere retinebitur vbi fuerit repertus . & ſecundùm qualitatem perſonæ

1 per iudicem competentem punietur.h.d. †Not.contra illos, qui reperiunť in itinere:de quibus eſt ſuſpicio,ne aliquid portent contra deuetitum.Nam ſi non permittunt tunc ſe ſcrutari,poſſunt capi , & retineri per cuſtodes ad hoc deputatos:& ex ſola reſiſtentia debent acriter puniri,vt hic.

1 ☞ *Mulio licet non ſit deſcriptus in licentia mihi data per datiarios portandi res meas extra ciuitatem,tamen illas licitè portat.*

PArippum. Parippus appellatur qui licentiam habens de duobus vehiculis euehendis,tertium euehit, aut euectionẽ extra ordinem facit. Si autẽ ſecundùm licentiã ſibi datam quis vehat,non debet delictum reputari ſiue euectionẽ faciat

1 euectioni prępoſitus,ſiue mulio.h.d. †Not.ex hoc text.quòd ſi gabellarij portarũ dederint mihi licentiam portãdi mea arneſia extra ciuitatem,& diſtrictum, ſi arneſia portauerim per mulionem, quamuis mulio non ſit in licentia deſcriptus, ſed ſolùm ego:licitè tamen poterunt per eum portari.quod nota.Bart.

a ❡ Percuſsit eum cum fuſte.Adde Ant. Corſe.ſin.ſuis in ver.conductor.incip. aliquis conduxit equum.vbi alleg.iſtũ hic, & eũ ſequiť. aſsignat tñ aliã rationẽ hic.quæ mihi videtur eſſe potior.

s I quis. Iſtam legem not.ad id quod dixi ſ.eod.l.ij.

EVectionum. Senatus cum ad principẽ vadit, habet poteſtatẽ euectionis: & faciens contra vetitũ publicũ curſum pœna hic inſerta punitur.

i N omnibus. Stabula ꝓuincialiũ nõ debẽt fieri ſumptu publico ſed expẽſis prouincialiũ:pro quibus expẽſis habebunt animaliũ ſtercus.h.d.

IVdicibus. Faciendæ euectionis copia omnibus iudicibus denegatur , excepto præfecto pretorio,& officiorũ magiſtro:niſi ob tranſmittendas publicas functiones euectionẽ faciant:pœna contra facientibus imminente.hoc dicit.

GRauiſsime. Super animalibus ad euectionem curſus publici deputatis nullus cõtractus locationis, etiam ad vecturã, vel emptionis tenetur pœna grauiſsima contra facientibus imminente.h.d.

QVoniam. Veredorum ſella computato freno & pectorali,cum pectorali debet eſſe ſexaginta librarũ.ſi autem ſit vltra ſella,cedatur per fruſta.pectorale verò publicatur exceptis illis , qui ſunt ſub ruſticitate conſtituti,qui in ſacculis onera portãt. hoc dicit.

NOn patimur. Non debẽt ruſtici qui hyppocomi appellantur perducendo equos per publicum curſum indigna expoliatione vexari:pœna contra facientibus imminente. hoc dicit.

1 ☞ *Muli debent onerari ſecundùm onus conſuetum.*

*Mulus,qui oneratur ſecundùm conſuetum,ſi deceſſit,onerans non tenetur.*

PVblici. Exhibitio curſus publici ſecundũ conſuetudinem locorum cõmittitur,vt plauſtra, i.currus faciãt onerari.h.d.Vel aliter: currus debet one

1 rari ſecundũ conſuetudinem.h.d. †No.ex hac l.optimũ arg. ꝙ muli debẽt onerari ſecundũ onus ad portãdũ ſufficiẽtes,ſecundũ cõſuetudinẽ reputanť.Et facit ꝙ ſi oneraui mulũ tuum cũ onere quinquaginta librarũ,qui bonus & ſufficiens reputabatur ad tantũ põdus,& cũ fuerit ſic oneratus deceſsit ex põdere:ꝙ ego non teneor:quia ꝑmiſſum eſt mihi ipſum onerare ſecundùm conſuetudinem & ſufficientiam, per hanc legem.

s I quis. Mittẽtis equũ in curſũ publicũ nõ mittẽdũ: quadruplũ pretij dicti eq fiſco reſtituãt.h.d.

HIs tantum. Legati gentiũ Principi nõ ſubditarũ curſu publico poſſunt vti.Et not. arg.pro ambaſiatoribus Florentiæ vt poſsint onerare equos cõmunis Peruſij, pro portãdis rebus eorum Peruſium.

NEmo mulionem. Subtrahens mulionem euectioni deputatũ,decem libras argenti fiſco ſoluat. hoc dicit.

1 ☞ *Statutum quòd poſsit fieri quòd præbenda annonæ tantum ualeat , dummodo pretium non ſit uile.*

2 *Equus,qui male paſcitur,non poteſt ambulare.*

*Conductores equorum tenentur ad intereſſe,ſi eis non dant bene comedere.*

3 *Conducens equum ad uecturam, non tenetur ei dare tantam præbendam, quando auena eſt cara,ſicut quando uilis.*

ANimalia. Curari debet ne equorũ curſui publico deputatorũ pabula,i.ꝑbẽda cariorĩ ꝑtio vẽdať:& ẽtvt ñ teneať ꝓuincialis viliori ꝑtio vẽ-

1 dere.h.d. †No.ꝙ põt fieri ſtatutũ,ꝙ cũ tyrões cõis Peruſij veniũt ad ciuitatẽ,ꝙ ꝑbẽda annonę nõ poſsit vẽdi,niſi tãto ꝑtio,

2 dũmodo ꝑtiũ nõ ſit magis vile q̃; debeat. †Vltimò no.ꝙ qñ equ⁹ habet malè ad comedũ,nõ põt ambulare.Et facit cõtra cõductores equorũ ad vecturã,q̃ nõ dederũt eis bene comedere: qa ſi macri facti ſunt,tenenť ad itereſſe,ꝑ iſta legẽ cũ gl.qđ no.

3 †Vltimò no.ꝙ eſt argumẽtũ lex iſta ꝙ cõducens equũ ad vecturã,nõ teneť dare equo tãtũ de ꝑbẽda cũ eſt cara, q̃tũ cũ eſt

a Nō extendit vltra numerū ſeptē dierū. Adde Anto. Corſ.in fin.ſuis in ver.gabella.gl.iiij.incip.ſi alicui eſt data licentia. vbi allegat,& ſequit ipſum hic.de quo per Rom.in repet.rub.de arbit.col.xix.

vilis,vel cum iuſto pretio venditur. Bar.

COmperimus. Prouinciales & curiales ad præſtandum animalia indebita ad curſum publicum non grauantur:quia ſatis eſt ſi conferūt in pabulis & pecunijs equorum deputatorū curſui publico.h.d.Bar.

NEmo. Nullus dux poſtquā ſuū ducatū intrauit debet vti curſu publico,ſed iumētis proprijs:quod etiā obſeruaē in officialibus cohortalibus:pœna contra facientibus imminente.h.d.

1 *Clerici quòd collectari & grauari poſſunt ad datia,quando aliqua ſocietas uenit in comitatu deprædando & occidendo.*

NVllus. Etiā eccleſia tpe expeditionis nō excuſatur ab angarijs & perangarijs.h.d. No.
1 †iſtam legē cōtra clericos,vt propter iſtā ſocietatē, quæ venit in comitatu deprædādo,currendo & occidēdo,vt poſsint clerici grauari ad datia & collectas,& alia onera ſordida,vt contra dictas gentes reparetur.

*De tractatorijs,& ſtatiuis. Rubrica.*

1 *Licentia data alicui pro extrahendo frumentum uel pannos extra comitatum, quòd non extendatur ultra ſeptem dies.*

Lex vnica.

TRactatores. Licētia data pro animalibus ad vehendum,& ad arripiendum iter,debet biduum cōtinere:ad moram verò trahēdā quinq; dies tātūm,& nulli debet dari pro ſe & neceſſarijs ſibi perſonis,niſi illis tātūm qui animalia curſui publico deputata perſequunē.h.d. †No.ex hac l.optimū
1 ar.q; ſi alicui eſt data licentia de extrahēdo certā quātitatem frumenti extra ciuitatē vel comitatū:q; hæc licētia nō extēdit
a vltra numerū ſeptē dierū [a] quorū qs habet duos ad arripiēdū iter:alios verò quinq; pro itinere perficiendo.Quod facit pro licētijs quæ dātur per gabellarios portarū,de extrahendo ſalmas pannorū extra diſtrictum.Bar. Vide Ro. idem tenentem in rub.de arbit.in xxxiij.col.in ver.concluſio.Alex.

*De apparitoribus præfecti prætorio & priuilegijs eorum. Rub.*

LEX I.

PRæfecturæ. Cornicularij præfectorū cōpleto munere Principis purpuram adorare debent,& cūm ſint otio donati ad aliquod officium non deuocentur.h.d.

LEX II.

PRæfectianos. Præfectiarij exactiones prouincialibus facere non debēt: nec etiam habere cuſtodiam horreorum.cōtra facientes puniuntur.h.d.Et ſunt præfectiarij officiales præfecti.

LEX III.

COrnicularii. Cornicularij primi ſcrinij præfecti pretorio,ſortita laborum requie priuilegijs hic inſertis gaudent.h.d.

*De apparitoribus præfecti urbis. Rubrica.*

LEX I.

PRæter eos. Qui adminiſtrauerunt multa officia in prouincia,officio finito Principis purpuram non adorant. Item apparitor ſedis vrbanę illuſtris de concuſsione piſtorum conuictus punitur.hoc dicit cum l.ſeq.

*De apparitoribus magiſtri militum & priuilegijs eorum. Rub.*

LEX IIII.

NVmerarios. Numerarij illuſtrium completa militia & principatꝰ munere functi,gaudent priuilegijs hic inſertis. Item qui ſunt de numero militum gaudēt priuilegijs eorum:qui verò ſunt vltra numerum,non. hoc dicit cum l.ſeq.

*De apparitoribus procon.& legatorum. Rubrica.*

1 *Magiſtratus ciuitatis dicitur membrum ciuitatis.*

LEX I.

OFficio. Proconſul vel legatus non debet eſſe curialis vel adſcriptus alicui corpori. & ſi adſcriptus eſſet,debet reſtitui ei:& apparitores legatorum debent eſſe quadringenti.h.d.cum l.ſeq.
1 †Nota q; magiſtratus ciuitatis dicitē eſſe membrū ciuitatis.

*De cohorta.et princi.cornicu.ac primi. Rub.*

1 *Deputatus ad capiendum uel decipiendum maleſactores poteſt ipſos in carcerem mittere.*

LEX I.

OMnes. Stationarij,qui Irenarchę appellantur,non debēt facere exactiones,nec aliquem in carcerem mittere,niſi crimen ſit manifeſtum.contrafacientes puniuntur.h.d. †Nota
1 q; deputatus ad capiendum maleſactores vel ad ipſos denunciādos non poteſt ipſos in carcerem mittere,etiā ſi crimen ſit notorium.Dixi ſ.de decu.l.fi.

LEX II.

NVllus. Nullus iudex volentem militare approbare debet,ſine ſacra approbatione,& licētia Principis,ſicut facit alia approbatoria,nec permittere etiam vehere,exceptis prouinciæ officialibus,qui curſus publici ſolicitudinem ſuſtinent.h.d.Bart.

LEX III.

SOlita co. Solita priuilegia conceſſa per diuum Diocletianum principem confirmantur,& etiam extenduntur:vt ʒ.deſcribitur.

QVicunque. Primipilarius Hoſdrenæ ꝓuinciæ ſi multos habet filios,vnū loco ſui ſubſtituit,alterum tradit curiæ:alteros verò deputabit militiæ cui volet. Si vero duos tantūm habet: tunc ſatisfaciet curiæ & cohorti:& ſi vnum tantūm habet, tradet ordini ſuæ patriæ priuilegio contra hoc indulto,nullatenus valituro.& qui fuerit ciuitatum obſequio aggregatus,cogi poterit tam ipſe,quàm eius pater ad filium alium curię deputandum,qui ſe ob priuilegiū patris excuſare volebat,curiæ deſeruire oſtēdendo quomodo in patris priuilegium ſucceſsit.h.d.

1 *Sententia in criminalibus cōtra abſentē,ubi eſt pœna relegationis q; nō ualeat.*
2 *Practica citandi abſentem cūm proceditur contra eum.*

SI apparitor. Apparitor crimínoſus fugiens,eſt citandus:quòd niſi venerit intra talem diem feretur contra ipſum ſententia condemnatoria,& ipſo non comparente,condemnabitur.h.d. Apparitor dicitur nuncius.l. cū clericis.ad fi.de epiſ.& cler.& in auē. de teſt.in §.ſi verò ignoti.& Ro.in not.lxvj.in litera c.vbi cōtumax quis non dicitur,niſi præcedente contumacia. Alexā.
1 †Et no.q; licet ſententia non valeat,ſi in criminali proferatē contra abſentem,vbi eſt pœna relegationis.l.abſentem.ff.de pœ.tamē contra officialem ferri poteſt,vt l.ne diu.ſ. de pœn.
2 †No.etiam gl.hic poſitā ad modum citādi,cūm debet ferri ſententia cōtra abſentem:quia debet fieri comminatio q; niſi citatus intra talem terminū veniat feretur ſententia condēnatoria contra eum.Nō ergo ſufficit ipſum citari ſimpliciter ad ſententiam audiendam,ſed q; veniat:aliās ſententia fereē contra eum:quod no.Et idem credo in ciuili vbi lite non conteſt. poteſt ferri ſententia,vt ſi pars eſt abſens q; debet fieri cōminatio modo prędicto:aliās non. Bal.voluit cōtra in l.cōſentaneum.C.quomodo & quando iu.in ij.col.Adde q; Alb.no. Bar.in l.aut qui aliter.in prin.quod vi aut clam. Quid ſi quis fuit citatus ad audiendam voluntatem iudicis,an ſententia diffinitiua valeat.do.de Ro.q; non in deciſionibus ſuis,deciſ. cccxxxvj.Et poteſt eſſe ratio:quia citatio talis dicitur incerta cū voluntas iudicis poſsit eſſe in alio q̄ in ſententia.l.vbicūq;.de interro.act.ig.arb.tn̄ q; ſi talis citatio nō tendebat ad aliud, niſi ad ſententiam audiēdam,q; talis ſententia teneret,iuxta cle. ſæpe.de ver.ſig.aliās de appel.cle.appel.& l.Titius.de libe.& poſth.& l.certū.ff.ſi cer.pe.Et hoc videtur fuiſſe de mēte Bal. in l.cōſentaneum.in ij.col.quo.& q̄ iud.Adde gl.in c.contumaciam.in gl.pe.de hær.& ibi Imo.& Ananiam in viij.col.& in c.ad petitionem.de accū.Ro.in litera ſ.no.xxvj. Alex.

Ordinar



ORdinariorum. Apparitores quorūcūq; iudicum nō pñt ſcribi in numero militū aliquorū,aut cōtemplatione alicuius ſtipēdij relaxari,priuſquam primipili rationem reddiderint, nec etiā petere vt quieti donentur. Item ſolutus militia ob delictū non ob quietem accipiet.& bona talis delinquentis illi militiæ relinquuntur.h.d.Barto.

PEr Illyricum. In Illyrico centū apparitores ſingulis iudicibus obſecūdēt, & non vltra.ad quę obſequia non deputabitur iniquſ: ſed illi tantūm,qui ſolicitudines debitas exequuntur.h.d.

QVicunque. Ad officium emendi chartas,vel tabulas,vbi acta publica Principis deſcribuntur,nullus deputabitur:niſi prius ſuum nomen in matricula ſcribi fecerit.h.d.

1 *Verbum repedare,idem eſt quod à capite incipere.*

SI quis ex grege. Exemptus de grege cohortaliū ꝓpter crimē,ſi voluerit ad priſtinū ſacramētum repedare,allegare debet &
1 oſtēdere Principis oraculū ex certa ſciā cōceſſum.h.d.†Not. hic de verbo repedare.nam idem ſignificat quod à capite incipere.hoc dicit Barto.

SI cohortalis. Apparitor cohortalis vel cohorti obnoxius,& eorū filij,nulla tēporis præſcriptione,obſtante,ad aliā militiā couolātes retrahi pñt ad ꝓpriā cōditionē.qđ etiā in oībus deputatis alicui negotiationi,vel ergaſterijs obſeruandum eſt,vt non poſſint ad aliqua prouincialium officia conuolare.h.d.

NVllum. Nullꝰ primipilaris vel cohortalis ad aliā militiam aſpirabit,etiam ex aduocatiōe Principis:& ſtatim reſtituēdus eſt curiæ ciuitatis vnde oriundus eſt.hoc dicit.

1 *Caſus in quo priuilegium Principis,etiam motu proprio conceſſum non ualet.*
2 *Statutum quòd habens unum officium non debeat aliud acceptare: ſi illud acceptat quòd careat officio:quod non debet habere talis acceptans ſalarium primi officij.*

QVíſquis. Obligatus cohorti,etiā ex priuilegio Principis cōceſſo,motu ꝓprio ad dignitatē aliā nō aſpirabit,& carebit effectu priuilegij,& cō
1 modū cohortalis militiæ nō habebit.h.d. †No.caſum ſingularē,in quo priuilegiū Principis cōceſſum motu ꝓprio nulliꝰ eſt mōmēti.regulariter contra,vt in c.ſi motu ꝓprio.extra,de
2 præben.lib.vj. †Itē hic eſt caſus expreſſus q; ſi ſtatutū dicat q; habens vnū officiū non debeat aliud accipere,quod ſi acciptat,ille,qui ſic acceperit,careat officio accepto & eius effectu & etiam punitur in hoc quod nō debebit habere ſtipendium primi officij,nec eius priuilegium.

*De diuer.offi.et appari.iudi.&c. Rubrica.*

LEX I.

SI quando. Adſtrictus chartarū officio vel publicis ratiocinijs,ſi ad militiā conuolauerit ad primum officium reuocatur: & in locum talis reiecti ſubſtituitur alius, quem merita dignum faciunt.h.d.

LEX II.

NVllus. Reſolutus à militia ad eādē nō aſpirabit ſine licētia Principis:et impetrās cōtrariū per obreptionē,puniē in qnq; libris auri.h. dicit Bal.not.in l.ij.de libertis & eorū liberis.q; doctor ſolutus & priuatus doctoratu propter delictū,nō poteſt iterato intrando examen redoctorari.& per eundē in l.ij.de manu.vind.vbi dixit,referendo vltramōtanos q; ſi comes Palatinus creauit tabellionē,qui poſtea propter delictū fuit priuatus tabellionatu,q; non poteſt de nouo creari per comitem Palatinum.Pro quo facit c.præſul.ij.q.iiij.Alex.

LEX III.

NVllus. Apparitor ꝑfecti ꝑtorio publicæ vtilitatis obtētu,aut etiā executiōis priuati negotij,nō reuocaē ab obſeqo ciuitatis vñ oriūdus eſt:aut in qua larē firmū cōſtituit pœna imminente vacantibus,& ipſis acceptantibus a qđ obſeruaē in domeſticis,& ꝓtectoribꝰ in rebꝰ agētibꝰ palatinis & ſtratoribꝰ.h.d.

a Ordinariam. Ad quod late & no. vide Feli.in c.cū cōtingat. de fo.compe.in j.coll. ver.glo.in verbo.conſuetudine.& qđ ibi dixi in apoſt.

QVicunque. Apparitor ob culpā vel negligentiā motus officio per ſnīam ad nullā militiā aſpirabit,cōtrariū facieti pœna grauiſsima iniūgeē.h.d.

IN his. Nullꝰ debet fieri ꝓcōſul Aſiæ,comes Oriētis ꝑfectus Auguſtalis,vel eorū vicariꝰ:niſi per ſacri ſcrinij probatoriā conſecretur pœna contrafacientibus imminente.h.d.

1 *Iuſtitiæ clauis errat,quando delicta maiorum non puniuntur.*

AD ſplendidioris. Qui militiā īferioris gradus pficit,ad maiorē pōt accedere:dūm faciat ꝓpoſito honorē adipiſcēdi,nō cū pīditate lucri:vel vt poſsit delicta iā facta occultare vel habiliꝰ
1 in futurum relinquere.h.d. †Et no.q; clauis iuſtitiæ multūm errat in hoc,quando delicta maiorum celantur.

1 *Statutum licet tollat iuriſdictionem quæ habetur à lege:non tamen tollit quam quis habet ex conſuetudine.*
2 *Conſuetudo dat iuriſdictionem ordinariam.*

VIros. Duces & apparitores & limitanei caſtrorū cōueniunē ſub officiorū magiſtro,nō tñ per hoc derogaē iuriſdictioni magiſtri militū Thraciæ vel Illyrici,qui ex cōſuetudine cōtra eos iuriſdictionē habent.h.dicit.
1 †Et no.ex hac l.q; ſi ſtatuto caueaē ſcholarē debere conueniri tm̄ ſub epō,& de cōſuetudine eſt q; rector etiam cognoſcat de his q; p iſtud ſtatutū nō derogaē iuriſdictiōi rectoris,quam habet ex cōſuetudine.ſecus ſi eā haberet à lege.Pro hoc facit qđ
2 no.in c.j.extra,de cōſti.lib.vj. †Secundò no.q; cōſuetudo dat
a iuriſdictionē ordinariā, [a] ſicut lex.& hoc no.gl.ſ.de emā.lib. l.j.& fi. L.cū ꝓtor.ſ.j.de iudi.& ibi gl.& in l.more. ibi doc. & in verbo ſeq.in verbo,nec ipſa lit.ff.de iuriſ.om.iud.de quo per Io.And.in c.j.de offi.ordi.& in c.iiij.de cōſue.& in c.Romana.circa prin.de fo.cōpe.in vj.& de excep.in fi.in vj. Facit quod no.in c.cū cōtingat.de fo.cōpe.vide tex.& Bar.in l.fi.§. j.de aqua plu.arc.& ibi dixi.& Ro.in lr̄a c,no.lxxxviij.Alex.

1 *Statutum quòd inſtrumentum confeſsionatum per manum publici notarij de cōtractu rogati ſaciat plenam fidem,& executioni mandetur,non uerificatur in inſtrumento exemplato etiam iudicis authoritate.*

PRobatorias. Memoriales & agētes in rebꝰ & apparitores ꝑfecti ꝑtorio Orientis,nō ſortiunē pmiū militiæ,niſi ſecūdū cōſuetudinem ſint eorū electiōes manu Principis approbatæ,nō p literarum exempla:& debent dicti officiales eſſe fideles Chriſtiani.h.d.
1 †No.ex glo.in verbo,authēticis. qđ ſi ſtatutū dicit q; inſtrm̄ cōfeſsionatū per manū publici notarij de cōtractu rogati plenam fidē faciat,& executioni mandeē,q; inſtrm̄ exēplatū etiā authoritate iudicis nō faciat fidē,nec mādabiē executioni: qa nō eſt ſcriptū de manu notarij rogati de cōtractu:& ſic ſtatutum ad id ſe nō extēdit.ſecꝰ aūt ſi illa verba,manu notarij,&c. nō eſſent in ſtatuto:qa tūc illud exēplū authoritate iudicis authenticatū faceret fidē,& executioni mandareē:vt l.chirographis.ff.de adminiſt.tut. Dixi in auē.vt ſpon.largi.§.ſi qs in aliquo.ſ.de edē. Vide ſcdm do.Card.in c.j.de vita & hone.cle.& tex.de pœni.diſ.j.c.periculoſe,& qđ dixit Bald.in c.j.§.furtū, de pace iur.fir.& Io.And.in c.ſicut dignū.de homi.& Dominicus in c.ſi quis viduam.l.diſ.in ea.l.in fi.adde Ang.in auē.vt frat.filij.§.j.in fi.No. iſtam l.probatorias.ibi:manu principis: quia per eam patet q; vbi debet fieri aliquid per manus alicuius,nō pōt tale quid fieri per aliū.quod not. propter id qđ hic dicit Barto.adde l.ſingulos.ff.de teſt.per glo.ibi:proprio chirographo.& quod dicit do.Card.in Clemē.j.de iureiu.per illum tex.in verbo,per manus noſtras. vbi dixit,q; quoties in ſtatuto vel reſcripto dicitē aliquid debere fieri ꝑ manus noſtras, non poteſt fieri per ſubſtitutum.Alleg.glo.ſingularē in Cle.j. de vita & hone.cler.& Ioan.And.in c.ſicut dignum.de homi. vbi dicitur,ſi occiderit ſuis manibus,q; non habet locū ſi per alium occiderit. De quo Dominicus in c.ſi quis viduam.l.diſ. quod dictum fuit originaliter Iac.de Bel.vt refert Bal.in c.j.§. furtum.de pace iura.firman. Facit de pœni. diſ.j.c.periculoſe.

circa quam q. ſemper conſulendo eſt. [illegible] in cc. [illegible] e. 10. n. 58. cum ſequentibus [illegible] adducit [illegible] qd. [illegible]

a ¶Per eos. Adde Sali. in l.ij. in fine. C. de his qui à latro. ¶Adde Bart. in l.j.§. familiæ. ff. de public. & in l. ſi poſt depoſitā. ſ. de aſſeſ. dixi poſt Panor. in c.j. nu. viij. in apoſt. verſ. officialium. extra de reſtitu. ſpol. Et tamen debilis cautela ne teneantur, quam ponit iſte in l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. Bal. melius in l. obſeruare. §. proficiſci. poſt princ. ver. quid ſi ſtatutū. ff. de offi. procō. & leg. refert & ſequitur Thomas Ferrari⁹ in ſuo tracta. cautela. cau. xlix. incip. poteſtates terrarum.

b ¶Propria authoritate. Adde Ludo. Pon. in l.j.x.col. ff. de re iudic. & Flor. in l. quēadmodū. §. magiſtratus. ff. ad l. Aquil. & do. Alex. de Imo. in l. ſed eximendi. §. item ſi quis eum. & Paul. de Caſt. in cōſi. cxcij. vide tamen Paul. de Caſt. & Bar. aliter loquentes in l. vt vim. de iuſt. & iur. & Car. in cle. ij. §. ceterum. de regu. iur. quod poteſt reſiſti, quando grauamen eſt irreparabile: aliàs non. & ſequitur Dyn. in regula, quod quis. in vj.

Adde cle. ſicuti. de arbi. & text. in l. ſæpe. de offi. præſi. & in l. nulli. ibi: pro ſua conſcientia. de epiſ. & cle. vbi Bald. vide quæ ſcripſi poſt Bart. in l. pen. de princ. agen. in reb. lib. xij. Adde text. & ibi Abb. in c. licet ex quadam. de teſti. ibi: proprio iuramento. & Ro. in litera r, notabili l.

HAc ſanctione. Approbatio facta per principem militis militare volentis, habēs ſubſcriptionem principis & adminiſtrātium, ſub quibus ipſe debet militare, ipſi traditur: exemplum verò eorundem iudicio ſubſcriptionem habens apud officium dimittitur. Item iſtis approbatorijs egent tantùm illi, de quibus fit mentio in l. proxima. & egentes, ſi alio modo militāt, puniuntur. hoc dicit: cum l. ſequen.

*De executoribus & exactoribus. Rubrica.*

1 ☞ *Poteſtas quòd teneatur pro furto, barataria, & cōcuſſionibus per eius officiales factis.*

LEX I.

NE per diuerſas. Ne apparitores vel palatini exactores, per prouinciam vagādo inferāt prouincialibus moleſtiam: periculum geſtorum per eos pertinet ad eos quorum ſunt apparitores, vel exactores. h.d.
1 † Nota hanc legem contra capitaneum & Poteſtatem Peruſij, ꝙ ſi eorum officiales, quos per comitatum Peruſij mittunt, aliquod illicitum faciant: puta furtum, baratariam vel concuſſionem, tenentur ipſi de omni
a bus geſtis & factis per eos[a].

LEX II.

QVicunque. Deputatus ad officium, ſe non intromittit de officio ſui collegæ. h.d. No. hanc legem ad id quod dixi ſ. de mune. l. in prouincijs.

SIue. Exactor intra annū debet oſtendere quid exegit: & ſi non exegit, cauſam denotare, aliter punitur. hoc dicit.

1 ☞ *Officiali facienti ultra modum reſiſti poteſt propria authoritate.*
2 *Nuncio pignoranti ultra modum licitè reſiſti poteſt.*

COntra. Faciēti exactionem vltra modum poteſt licitè reſiſti: & ſi probatur crimınoſus, po
1 teſt puniri. h.d. † Not. officiali facienti vltra modum
b poſſe reſiſti propria authoritate[b]. concor. ſ. de iur. fiſ. l. defen
2 ſionis facultas. † Vltimò nota hanc legem contra baiulos qui ſunt deputati ad pignorandum aliquem. Nam ſi accipiant pignora vltra modum debitum, licitè poteſt eis reſiſti, & debent etiam puniri, quod not. Bart.

1 ☞ *Quis ex neceſſitate aſſumit duo officia, licet non tria.*

SAncimus. Exactor pręfecti pętorio antequā exactionem publicarū pecuniarū incœptam compleat, aliam incipere non poteſt. Si tamen fuerit neceſſitas, duas exactiones in eadem prouincia ſimul faciendas ſuſcipere poteſt, ſed non tres: pœna contrafa
1 cientibus imminente. h.h. † Nota quem ex neceſſitate poſſe ſuſcipere duo officia, ſimul & ſemel: ſed non tria.

*De lucris aduocatorum & concuſſione officiorum ſiue apparitorum. Rubrica.*

LEX I.

SI quis. Cognoſcens ſe læſum à ducenarijs, centenarijs vel aduocatis pandat iniuriam, vt dicti officiales conuicti puniantur.

*De primipilo. Rubrica.*

LEX IIII.

CVm ex ſola. Solū ex cauſa primipili filius non exiſtens hæres patris poteſt conueniri pro patre: in alijs verò ſecus. hoc dicit. ☞ Nota quòd commoda officij debentur poſt adminiſtrationem. quod facit ad not. per Bart. in l.j. §. diuus. verſi. quid ſi ſit per electum. de var. & extraor. cog. & ibi dixi poſt Barto. Alexan.

*Publicæ lætitiæ vel conſulum nunciatores vel inſinuatores conſtitutionum. Rubrica.*

1 ☞ *Officialis, qui diſſimulat maleficia acriter punitur.*

LEX vnica.

QVicquid noſtrorum. Portās triūphalia noua Principis ſuum ſalarium debet conſequi: non autem ab alijs quibus portat aliquid vltra percipiet: pœna contrafacientibus imminente. & etiam officiales, qui prædicta
1 diſſimulant, puniuntur. hoc dicit. † Nota iſtam legem contra officiales, qui maleficia diſſimulatione non puniunt, nam ſunt acriter puniendi, vt hic, & ſ. de deſer. l. j. Ad præſens hic non habetis alia.

Regeſtum.

aa bb cc dd ee ff gg hh, quaterniones. ii, duernio.

LVGDVNI,

Excudebat Petrus Fradin,

1552.